

unzphel

61457620x



IORDINARIUM
 MISSAE, EX DIVER-
 sis sc̄torū patrū decretis: p̄ quo-
 rūcunq; diuina mysteria celebra-
 re volētū instructione diligenti
 indagine collectū: de c̄rimonijs
 cōueniētib⁹ i missarū celebratio-
 ne visitādis copiosissimę tractās
 In quo insup habes cētū sexagin-
 ta sex euent⁹ seu casus fortuitos:
 in quos nōnunq; min⁹ caute ce-
 lebrātes sacerdotes incidere possunt.
 Qui cū p̄ q̄stionum seu dū-
 biorū modū p̄positi sint: argutas
 totidē adiectas (p̄ singulorū quo-
 rūq; declaratione) resolutiones
 inuenies. In marginibus vero ha-
 bes ex diuersorū doctorū volumi-
 nibus annotaciunculas p̄ his q; la-
 tius hāc p̄quirere materiam de-
 siderant promptius inueniant.

1547.



es de la Comp. de Jescus de Sal.
 y de la libreria

curia de lino

le falta autro
impresor de
quea vian
por particular
licençia tengo
del dho officio
lo firmo en
salamanca a 4 de
nubre año de

615

Handwritten signature



REVERENDIS-
simo in Christo patri
& domino: domino. B.
miseratione diuina ti-
tulo sanctæ Crucis in
Hierusalem: præbyte-
ro Cardinalis Sagun-
tîñ. Præsidio suo. Ioan-
nes Burchardus Argentineñ. Decretorum
Doctor & sedis Apostolicę Protonotarius
Magister Cærimoniarum Capellæ sanctis-
simi domini nostri papæ se humiliter com-
mendat. Versatus ab adolescentia circa sa-
cras Cerimonias Reuerendissimę domine:
cum viderim complures præbyteros in cę-
lebratione Missarum, multas abusiones: &
diuersos ritus: & gestus inconuenientes fre-
quenter imitari indignum existimaui: non
esse a sancta Romanę ecclesia: omnium ec-
clesiarum Matre & Magistra traditum sacer-
dotibus certum modum: qui in cælebratio-
ne huiusmodi vniuersaliter obseruaretur.
Collegi propterea alias in vnum & in pub-
licum tradidi: ex diuersis decretis sanctorũ
patrum: quæ Summi pōtiffices pro cælebra-
tione prædicta instituerunt. Et cum nuper
collecta huiusmodi reuiderem comperi plu-
ra esse obmissa quam tradita. Addidi igitur
quæ occurrebant: & prout potui compleri

Folio.

II.

opus: quod offero correctioni Reuerendis-
simæ. d. v. quæ est factorũ expertissima: &
omnium dubiorum circa diuina verus reso-
lutor: cui supplico: dignetur ex eo euellere
& reformare prout viderit oportunũ: vt ex
eius correctione auctoritatem recipiat: &
omnibus vtile fiat.

Responso Reuerendissimi domini
Cardinalis sanctæ crucis.

Reuerende pater: vidimus ordinarium
missæ quod non sine labore & magno
fructu ex antiquis & modernis compilaſtis
& quantum in præsentia nobis occurrit: ni-
hil in se habet diminuti aut superflui, habes-
mus itaq; vobis ingentes gratias: q; consue-
tudinem Romanę ecclesiæ in cælebratione
maximi sacramenti præbyteros nostros
plene docuistis: & cæte oportuit eius rei
vnicum ordinem tradi: vt videlicet sacramē-
tũ vnionis ecclesiæ: sacerdotes omnes vni-
formiter administrent. Bene valete.

Finis.

Rubricę huius operis.

Quæ hore canonice dici debeant ante cę-
lebrationem missæ. fo iij.

Quibus hora & loco & quot præsentib; A ij

- debet missa celebrari. fo. **v.**
- Q**ue iunctione manuum ante pectus qualiter debeat fieri. folio. **vii.**
- Q**ualiter minister debet dare aquam manibus celebrantis: & ampullas vini & aquae ministrare eidem. fo. **viii.**
- Q**uomodo & qualiter celebrans manu dextera populo vel rei: aut sub ipsi benedicit: & interim sinistram tenet. fo. **ix.**
- Q**uando interefferentes missae debent genua flectere & quando stare vel sedere. fo. **vii.**
- Q**uae dici debeant in missa per celebrantem intelligibili voce. folio. **x.**
- Q**uomodo debeat fieri inclinatio capitis ante altare. folio. **xi.**
- Q**ue osculo altaris quomodo debeat fieri. fo. **xii.**
- Q**ualiter liber Missalis ponitur super altare usque ad Euangelium. fo. **xiii.**
- Q**ualiter pro Euangelio & usque ad Communionem. folio. **xiii.**
- Q**ualiter ad Communionem & usque ad finem missae. fo. **xxii.**
- Q**uando dicitur Gloria in excelsis deo. fo. **x.**
- Q**ualiter celebrans se sustinet cum genua flectit. folio. **x.**
- Q**ualiter extensio manuum ante pectus fieri debeat. folio. **x.**
- Q**uod Oremus & omnes orationes & post communionem cum suis conclusionibus usque ad earum finem dicuntur ante li-

- Folio. **III.**
- brum. folio. **xj.**
- Q**uod ad nomina Iesus & Maria caput inclinatur. folio. **xj.**
- S**i altare est versus populo: celebrans non se vertit cum populum alloquitur vel ei benedicit. fo. **xj.**
- Q**uod celebrans ad Orate fratres: & populi benedictionem dumtaxat circulum perficit. folio. **xj.**
- Q**uot: & quo ordine dicunt orationes siue collectae. folio. **xj.**
- Q**uando Alleluia non dicitur: & quomodo dicitur in Missa. fo. **xiii.**
- Q**ue osculatione textus Euangelij. fo. **xiii.**
- Q**uando Credo est dicendum. folio. **xiii.**
- Q**uomodo dicuntur ea quae dicenda sunt in medio Altaris. fo. **xv.**
- Q**uot & quo ordine debent dici secrete: & post communionem. fo. **xvj.**
- Q**uae obmittuntur Missis defunctorum: ex his quae dicuntur in alijs Missis. f. **4i**
- Q**ue celebratione Duarum vel trium Missarum eadem die. fo. **xvi.** **4i**
- Q**ue missa sicca. folio. **47**
- Q**ue eadem in mari & fluminibus dici solita. folio. **47**
- Q**ue eadem coram infirmo: vel alia persona dicenda. folio. **44**
- A iij



ORDINANDUS per sacerdotem in celebratione missæ sine cantu & sine ministris secundum ritum sanctæ Romanæ ecclesiæ: & dici debent ex libro expedite non tamen nimis festinantur: & fieri oia ut iacent nihil obmisso: addito, aut in eis mutato: vel de ipsis minuto: & ordinem huiusmodi obseruat etiam summus pontifex & dñi Cardinales, Patriarche, Archiepi, & Epi: quando non celebrant pontificaliter sed in priuato. Cū aut in pontificalibus celebrant: obseruat ceremonias in pontificali & ceremoniali positas

Missa debet dici ab aurora vsq; ad horam nonā in loco & altari ab Epo consecratis: potest tñ de licētia Epi ordinarij aut superioris sui dici etiam in loco non consecrato, alias tamē congrue & honesto & super altari portatili consecrato, & duobus presentibus, si est publica, vel si priuata vno presente qui respondeat in persona totius populi quā soli sacerdoti rite ordinato & indumentis debitis parato detecto capite dicere licet & debet seruari ordinariū missæ tam in dicendis quā etiam in actibus. Sacerdos igitur missam celebraturus: in primis ad minus matutinas & primam horas canonicas dicat deuote: nisi statuto vel cōsuetudine ecclesiæ, aut alias habeat infra: vel immediate post matuti

Quibus
hora & lo
co & quot
presentib⁹
debet mis
sa cele
brari

Que ho
re canoni
ce dicat de
beat ante
celebras
tionem mis
se.

nas ante horam primarum celebrare: quo casu poterit antequā primam dicat id peragere: & si in peccato mortali cōstitutum se cognouerit: ante omnia coram alio sacerdote: absoluēdi eum iurisdictionē seu potestatem habente genuflexus capite discooperto confiteatur eidem: cooperto capite: in cōuenienti loco sedenti: omnia peccata sua: & ab eodem absolutionem & pœnitentiam salutarem: pro commissis criminib⁹ recipiat. Deinde si voluerit poterit pro deuotione orationem sequentem ante altare: vel alio conuenienti loco genuflexus dicere. *Oro.*

Summe sacerdotes & vere pontifex qui obtulisti deo patri hostiam viuam purā: & immaculatam in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus: quiq; dedisti nobis carnem tuam ad manducandum: & sanguinē tuum ad bibendum: & posuisti mysterium illud in virtute spiritus sancti dicens, Hoc quotienscunq; feceritis in mei memoriam facietis, Rogo te per sanguinem tuum preciosum magnum salutis nostræ præciū: rogo te per hanc miram & inenarrabilem charitatē qua nos miseros & indignos sic amare dignatus es: ut lauares nos a peccatis nostris in sanguine tuo: doce me indignū seruum tuum: quē inter cætera dona tua etiam ad officium sacerdotale vocare dignatus es:

A iiij

nullis meis meritis : sed sola misericordiae
tuæ dignatione: doce me quæso per spiritū
sanctum tuum tantum tractare mysterium
ea reuerentia & honore: ea deuotione & ti-
more quibus oportet & decet: fac me quæso
per gratiam tuam semper illud de tanto my-
sterio credere & intelligere: sentire & firmi-
ter tenere, dicere & cogitare: quod tibi pla-
cet & expedit animæ meæ. Intret spiritus
tuus bonus in cor meum: qui sonet ibi sine
sono & sine strepitu & borū loquat̄ veritatē
tantorum mysteriorū profunda sunt quip-
pe nimis: & sacro tecta velamine. Propter
magnam clementiam tuam concede mihi
miserarū solennia puro corde & munda mē-
te celebrare. Libera cor meum ab in mūdis
& nephandis, vanis & noxijs cogitationib⁹
Munime quæso beatorum angelorū pia &
fida tutela atq; fortissima custodiavt hostes
omnium bonorum confusi discedant p vir-
tutē tanti mysterij: & per manū sancti ange-
li tui repelle a me & a cūctis seruis tuis spur-
cissimum & nephandissimum spiritū inanis
gloriæ: iracundie, fornicationis, superbie, &
cenodoxe: inuidie: auaricie, blasphemie &
immundicie, dubietatis, & diffidentie: vt tā-
tum sacrificium cum omni puritate valeam
tibi offerre. Confundant̄ qui me persequū-
tur. Pereāt illi qui perdere cuncta bona fe-

stinant. Rex virtutum deus amator castita-
tis & integritatis cœlesti rore benedictionis
tuæ extingue in corpore meo totum fomis-
tem ardentis libidinis: vt maneat in me te-
nor toti⁹ castitatis & integritatis animæ &
corporis: mortifica in membris meis carnis
stimulos: omnesq; libidinosas cōmotiones:
& da mihi veram & perpetuū castitatis san-
ctimoniam: cū cæteris donis tuis quæ tibi
placēt in veritate: vt sacrificium laudis tuæ
casto corpore: & mundo corde valeam tibi
offerre. quanta enim cordis contritione &
lachrymarum fonte quāta reuerentia timo-
re, & tremore: quāta cordis castitate: & ani-
mæ puritate: illud diuinum & cœlestæ sacri-
ficiū est celebrandum domine: vbi caro tua
in veritate sumitur: & sanguis tu⁹ in verita-
te bibitur: vbi yma summis iungitur: vbi ad-
est sanctorum angelorum præsentia: vbi tu
es sacerdos & sacrificiū mirabiliter & ineffa-
biliter, quis digne hoc celebrare potest: nisi
tu omnipotens deus offerentem feceris di-
gnū. Scio vere dñe & scio ac idipsum bonita-
ti tuę confiteor: quod non sum dignus acce-
dere ad tantum mysterium: propter nimia
peccata mea: & infinitas negligētias meas.
Sed scio veraciter & credo ex toto corde: &
ore cōfiteor: quia tu me potes facere dignū
qui solus potes facere mundum de immū-

do conceptum semine: & de peccatoribus iustos facis & sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo: concede mihi peccatori hoc cœleste sacrificium celebrare cum timore & tremore: cum cordis puritate: & lacrymarum fonte cum leticia spirituali: & cœlesti gaudio. Sentiat mens mea domine dulcedinē beatissimę p̄sentie tuę: & excubias sanctorum angelorum tuorum in circuitu meo. Ego enim memor venerandę passionis tuę accedo ad altare tuum licet peccator: vt offeram tibi de tuis donis sacrificium quod tu instituisti: & offerri tuę maiestati p̄cepisti in cōmemorationē tuam pro salute nostra. Suscipe ergo illud quęso summe pastor pro ecclesia tua sancta: pro populo tuo quę acquiisti sanguine tuo. Et quā me peccatorem inter te & eundē populum tuum medium esse voluisti: licet in me boni operis testimoniū non agnoscas: officium saltem dispensationis mihi credite non recuses. ne per me indignum famulum tuum eorum salutis pereat precium: pro quibus victima factus: dignatus es esse redēptio salutaris. Profero ergo dñe si digneris p̄pitius intueri: tribulationes plebium: pericula populorum, captiuorum, gemitus, miserias orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiā debiliū, desperationes languentiū, defectus senum, suspiria iuuenum:

vota virginū, lamenta viduarū: tu enim misereris omnium dñe: & nihil odisti eorum quę fecisti. Memorare quę sit nostra substantia quia tu pater noster es: tu deus noster es: ne irasaris: neq; multitudinem viscerum tuorum misericordię tuę: super nos contineas. Nō in iustificationibus prosternim⁹ p̄ces ante faciem tuam: sed in miserationibus tuis multis, aufer a nobis iniquitates nostras: & ignem sancti spiritus in nobis clemēter accēde. Aufer a nobis cor lapideū de carne nostra: & da nobis cor carneū: quod te timeat, te amet: te diligat, in te delectet, te perfruat, te sequatur: Oramus dñe clementiā tuā vt sereno vultu familiam tuam: sacri tui nominis officia p̄stulantem aspicere dignaris: & vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis p̄ces suggere: quas ipsę audire propicius & exaudire delecteris. Rogamus te etiam pater sanctę: & pro omnium fidelium animabus defunctorum: vt si illis salus æterna: perpetua sanitas: gaudium & refrigerium sæmpiternum: hoc magnum puritatis sacramētum. Deus me⁹ sit illis hodie magnum & plenum conuiuiū de te pane viuo qui de cœlo descendisti: & das vitam mundo: de carne tua sancta & benedicta. agni videlicet: qui tollit peccata mundi: qui de sancto & glorioso vtero beatę vir

ginis Mariæ est assumpta & de spū sancto
cōcepta: de illo præcioso sanguine tuo qui
pietatis fonte per lanceã militis ex tuo san-
ctissimo latere foeliciter emanauit: vt inde sa-
nati: refrigerati: refectioni & consolati exultēt
in laude & gloria tua. Peto clemētiam tuam
pijsimę redēptor: vt descendat sup hūc pa-
nē. & calicē istum plenitudo diuinitatis tuæ
descēdat etiã dñe illa sc̄i spūs tui inuisibilis
forma, & icōprehēnsibilis maiestas sicut quō-
dã i hostijs patrū descēdebat: q̄ & oblatiōes
n̄ras corp⁹ & sanguinē tuū efficiat & me i di-
gnū sacerdotē tuū doceat tm̄ tractare myste-
riū cū cordis puritate: & lachrimarū fōte: cū
reuerentia & tremore: ita vt placide & beni-
gne suscipias sacrificiū laudis de manibus
meis: ad salutē oīm tam viuorū q̄ fidelīū de-
functorū. Rogo te dñe p̄ ipsum sacrosanctū
mysteriū corporis & sanguinis tui quo quoti-
die in ecclesia tua paschimur & potamur: ab-
luimur & sanctificamur: atq; vnus tuæ sum-
mæ diuinitatis participes efficiamur: vt mi-
hi concedas virtutes tuas sanctas: quib⁹ re-
pletus bona consciencia: ad altare tuū acce-
dam: ita vt hæc sacramenta coelestia efficiā-
tur mihi salus & vita. Tu em̄ dixisti gre tuo
bñdicto. Panis quē ego dabo caro mea est p̄
mundi vitã: qui manducat me viuet p̄pter
me ipsa manet in me; & ego in eo. Ego sum

panis viuus qui de cœlo descēdi: si quis mā-
dacauerit ex hoc pane: viuet in æternū. Pa-
nis dulcissimæ sana palatum cordis mei: vt
sentiã suauitatē amoris tui. Sana me domi-
ne ab omni languore: vt nullã præter te sen-
tiã dulcedinē: nullum præter te querã amo-
rem: nullã præter te amē pulchritudinē. Pa-
nis candidissimæ habens omne delectamē-
tum & omnē saporem suauitatis: qui nos de-
te semper reficis: & in te nūq̄ deficis: come-
dat te cor meum & dulcedine saporis tui re-
pleant viscera animæ meæ. Manducat te an-
gelus pleno ore: manducat te peregrin⁹ ho-
mo pro modulo suo: ne deficere possit i via
tali recreatus viatico. Panis sanctæ panis vi-
uæ: panis pulcherrimę: panis mundę: q̄ des-
cendisti de cœlo: & das vitam mundo: veni
in cor meum: & munda me ab omni inquina-
mento carnis & spiritus. Intra in aīam meã
sana & sanctifica me interius & exterius.
Esto tutamē & p̄petua salus & p̄tectio cor-
poris & aīæ meæ. Repelle a me insidiantes
mihi hostes. Recedant procul a potētia præ-
sentia tuæ: vt tua protectione foris & intus
munitus: recto tramite ad regnū tuum per-
ueniam: vbi non mysterijs sicut in hoc tem-
pore agitur: sed facie ad faciem te videam.
Amen.

Quoniam oratione huiusmodi cōpleta vel etiā obmissa: si eam dicere non sit dispositus. Sacerdos induitur paramētis sacerdotalibus in sacristia vel ante altare vbi est celebraturus: aut alio loco ad hoc ordinato: si huiusmodi paramenta est recepturus in sacristia: vel alio loco ad hoc ordinato: lauat manus in loco deputato: & alia facit vt infra dicit. Si autem eisdem paramentis indui velit ante altare in quo est celebraturus antequam ascendat ipsum altare genuflectit in eius infimo gradu: & detecto capite iunctis manibus ante pectus extensis & iunctis digitis: ita q̄ summitas digitorū humeros nō transcendat: posito pollicis dextro sup sinistra in modum crucis: quod in omni iunctione manū ante pectus obseruatur: vel si paramenta ipsa accepit in sacristia: vel aliuī antequā ascendit ad altare genuflexus coram eo vt præfertur secrete dicit.

Introibo in domum tuam: in holocaustis reddam tibi vota mea q̄ dixerūt labia mea. Surgit: ascēdet ad altare: accipit Missale perquirat & perlegit Missam: & ad commemorationem & alia quæ est dicturus ordinat signa: ne in missa sit audientibus tediosus: prouidet sibi de ministro qui in ei receptiōe paramentorum sacerdotalium & missa seruiat

De initio
sacris ma:
nibus an
te pectus.

ac vbi opus erit respondeat: nisi prius talē habeat: vel sit in ecclesia ad hoc aliquis specialiter deputatus vel ordinatus: lauat manus ministro detecto capite: ampullā aquæ dextra manu tenente: & aquam fundente: & sinistra peluim submittente: quod si non est peluis apponit sinistram manū pediam pulle: quā dextra retinet: vt ambabus nudis manibus seruiat. quod etiam in alia locutione obseruat. Similiter cum sumpto p̄ celebrantem sacramento eidem pro purificatione & ablutione vinum fundit in calicem ambabus nudis manibus detecto capite: vt præmittitur: id facit: lotis manib⁹ sacerdos abstergit eas mappula ad hoc ibi parata anteq̄ autem manus lauet: vel cum eas lauat dicit secrete.

Quoniam domine virtutem manibus meis ab abstergendum omnem maculam immundū vt sine pollutione mentis & corporis valeā tibi seruire. Amen. Deinde supra vestes cōmunes siue quottidianas quibus communiter vtitur: quarum exterior debet saltem tallum siue collum pedis attingere: & sup Rochetum si est prælatus sæcularis: vel super Superpellicium si est religiosus qui Rocheto non vtatur: aut alius sacerdos & Suppellicium commode possit haberi. Alioquin etiam sine Superpellicio calciatus pedibus

Qualiter
minister
debet dare
aquam
manibus
celebrantis
& ampullas
vini & aquę
ministrare.



paramentis sacerdotibus se induit: dicēs:
ad singula singulas orationes sequentes an
teq̄ paramenta ipsa accipiat. In primis acci
pīt circa extremitates & cordulas hinc &
inde Amictum quem in medio deosculatur
& ponit super caput: & mox declinat ad col
lum: & circum circa vestium collaria tegit:
ducit cordulam a sinistro latere pēdentem
sub brachium dextrū & aliā a dextro latere
pēdētē sub bruchiū sinistrū p̄ dorsum circū
ducēs ad ventrē reducit & ligat pri⁹ dicēs.

Imponere domine capiti meo galeam salu
tis ad expugnandos diabolicos incurfus.
Amē. Tum alba induitur manicam dexte
ram brachio dextro: deinde sinistram bra
chio sinistro imponēs: ac alias ipsam albam
corpori adaptans prius dicens.

De alba me domine & munda cor meum:
vt in sanguine agni de albus: gaudijs per
fruar sempiternis Amen. Eleuat ante et a
lateribus hinc et inde albam: ac cingulo sibi
per ministrū atergo porrecto se cingit dicēs

Præcinge me domine cingulo puritatis
et extingue in lumbis meis humorem libidi
nis: vt maneat in me virtus continentiae et
castitatis Amen. Minister æleuat albam su
pra cingulum circum circa vt honeste depē
deat: tegat vestes: et eius fimbrias diligēter
aptat vt ad latitudinem vnus digiti vel cir

Folio.

IX.

ca: supra terram æqualiter fluāt. Sacerdos
accipit manipulū in brachiū sinistrū dicēs.
Merear domine portare manipulum fle
tus & doloris: vt cum exultatione recipiam
mercedem laboris Amen. Stulam ambab⁹
manibus accipit: deosculatur eam in medio
imponit medium eius collo: & transuersan
do eam ante pectus in modum crucis ducit
partem a sinistro humero pendentē ad dex
teram: & partem a dextro humero penden
tem ad sinistram. sicq; vtranq; partem stolæ
extremitatibus cinguli hinc & inde ipsi cin
gulo coniungit dicens.

Redde mihi domine obsecro stolam im
mortalitatis quam perdidī in præuaricatio
ne primi parentis & quis indignus accedo
ad tuū sacrū mysteriū merear tñ gaudium
sempiternū. Amen. Induitur casula dicens.

Domine qui dixisti: iugum meum suaue
est, & onus meum leue: fac vt illud portare
sic valeā quod cōsequatur tuā gratiā. Amē.

Regula.

Supra scriptæ orationes nō ex præcepto
sed ex deuotione dicuntur: poterit etiā sa
cerdos his orationibus demissis dum sepa
rat dicere psalmū. Miserere mei deus: vsq;
ad finē: cum gloria patri: aut alium psalmū
vel orationem conuenientem. Sic omnibus
paramentis indutus sacerdos, si illis in sa

B

cristia vel alio loco ab altari in quo est celebraturus: distanti indutus est: accipit manu sinistra calicem cum patena simul ligata: & de super ponit bursam cum corporali: & palla: quæ debent esse de puro panno lineo non de panno intincto aut de serico, & bursam ipsam ne cadat manu dextra retinens cooperto capite accedit ad altare. Ministro cum missali, cussino, ampullis vini & aquæ, hostiaria cum hostijs, candelis & intorticio mortuis seu non ardentibus ipsum præcedente, ubi ante infimum gradum stans sacerdos caput altari seu ymagini crucifixi de super posite profunde inclinans, debitam ei reuerentiam facit, tum ascendit ad medium altaris, vel si paramenta ante altare huiusmodi accepit, ibidem explicat corporale & calicem de suo sacculo siue lintheo soluit, exponit & iuxta corporale collocat cum patena versus cornu Epistolæ, ac hostiam super patenam ponit, & palla coopit, si est consecraturus unam vel plures hostias pro communione unius vel plurium illa die dispensandas aut per alios diebus reservandas ponit etiam illam vel illas super patenam sub hostia pro separata, si illæ commodè super patena stare possunt, alioquin locat eas super corporale ad dextram propæ ubi post offertorium calix erit locandus; hoc est ad sinistram sui celebrantis, aut

in aliquo calicæ: vel vase mundo consecrato ponit eas retro locum ubi calix missæ erit locandus & alia patena cooperit, conspiciatobaleas siue mappas super altare positas, quæ debent esse tres an sint omnes: & si quædesit faciteam apportari: & super altere extendi, interim minister accendit candelas, & apponit candelabris hinc & inde super altare positus, Si altare non est consecratum habere debet altare portatile desuper in medio positum: aduertat sacerdos in lapis in ipso altari portatili consecratus, sit longitudinis unius palmi: & latitudinis ad minus medij palmi vel circa hoc est tante quantitatis: quæ possit commodè desuper poni calix & hostia distantia competentis: quod si lapis ipsæ illius quantitatis non est: nullatenus celebret super eo. Tum descendit ante infimum gradum altaris iunctis manibus ante pectus detecto capite: & si est celebraturus coram summo pontifice: aut Cardinale: vel Patriarcha: Archiepiscopo vel Episcopo: in eorum residentijs vel loco iurisdictionis eorum: facit prius ei coram quo ex prædictis est celebraturus reuerentiam convenientem: & mox ad altare se conuertit, aut si non est coram aliquo præmissorum celebraturus quàm primùm ad infimum gradum descendit de altari: conuertit se ad ipsum altare: ubi eodem modo stans: Quod & quiter celebrans manu dextra pro se vel reiaut sibi ipse dicit

*interim
sinistram
tenet.* producēs manu dextra a fronte ad pectus
signum crucis: sinistram ponit infra pectus
in alijs benedictionibus cū est in altari: po-
nit eam super altare: vel si & quando mani-
ca albę eum impedit retinet ipsa manu fini-
stra manicam huiusmodi brachij dextri. Cū
sibi ipsi benedicit: vertit ad se palmam ma-
nus dextre: & omnibus illius digitis iunctis
& extensis a fronte quam tangit ad pectus
ac ab humero sinistro ad humerum dextrū
signū crucis format. Si vero alijs vel rem be-
nedicit paruum digitum vertit ei cui bene-
dicit ac benedicendo totam manum dextrā
extendit omnibus illius digitis pariter iun-
ctis: & extensis: quod in omni benedictione
obseruatur dicit intelligibili voce.

*Quinte
essentes
missę de
bent ge-
nuaflecte
re & qñ
stare vel
sedere.* **In nomine patris & filij & spiritus sancti. Amē**
Iungit man⁹ ante pect⁹ dicēs simili voce. &
Introibo ad altare dei. Minister ad eius
sinistrā aliquātulū tñ retro genuflex⁹ rñ det
Ad deum qui letificat iuventutem meā.
**Interessentes quoque missę huiusmodi quę
legitur genuflectere debēt a principio vsq;
ad benedictionem post eius finem per cele-
brantem datam: excepto cum Euangelium
legitur: ad quod stare debent attēti. In mis-
sa vero quę cantatur si est de dominica vel
de festo: aut de feria inter pascha & festum
sanctę trinitatis: genuflectunt ad cōfessio-**

nem: qua finita stant vsq; ad orationem sa-
cramenti. cum cælebrans illud ostendit po-
pulo adorādū: qua adoratione facta surgūt
stantes vsq; ad finem missę. Si autem missa
ipsa cantatur pro defunctis: vel de feria ex-
tra tēpus paschale prædictum genuflectūt
vsq; ad finem confessionis & ad orationes
ante Epistolam: & in xl. ad vltimū versum
Tractus. (Domine non secundum peccata
nostra. &c.) Et a dicto per celebrātem. San-
ctus &c. quousq; missa compleatur ad om-
nes alias partes eiusdem missę stare debēt
nisi esset locus conueniens sedendi: & tunc
possent sedere in missa quę cantatur a dicto
Kyrieleyson. &c. per cælebrantem vsq; ad
(Gloria in excelsis deo.) Et ab illo per eun-
dem dicto vsq; ad Dominus vobiscum ante
orationes: & ad Epistolam & quousq; dica-
tur. (Dominus vobiscum. Pro euangelio: a
dicto Credo in vnum deum: per cælebran-
tem quousq; dicat. (Dominus vobiscum.)
Ante offertorium: & a dicto per eundē offer-
torio quousq; incipiat præfationem: & a pu-
rificatione cælebrantis quousq; dicat: Do-
minus vobiscum ante post communionem.
Ad verba autem. (Et incarnatus est.) vsq;
Et homo fact⁹ est inclusive in Credo in vnū
deum: & in euangelio Ioannis. Et verbum
caro factum est: & in euangelio Mathei.

B iij

quod in die epiphaniæ domini habetur. Et
procidentes adorauerunt eum: in omni missa
qua dicuntur genuflectitur: nec debeat alia
officia vel alias orationes dicere: etiam si ce
lebrantem vel latinum non intelligant: sed
deuote attendere celebrantem & intentio
nem suam dirigere ad eam quæ dicit & facit
cælebrans & in animo simul cum eo offerre,
supplicare, & orare quæ ipsæ cælebrans of
fert supplicat & orat: excepto tempore ad
rationis sacramenti & infra canonem dum
cælebrans secrete orat pro tēpore, licet spe
cialiter orare & se & quos quis voluerit deo
commendare: cælebrans prosequitur.

Iudicame deus & discerne causam meam
de gente non sancta: ab homine iniquo &
dolofo erue me. Minister & intercessentes
dicant singulos alios siue secundarios ver
sus: & ad alia vt infra ponitur respondeant.

Quia tu es deus fortitudo mea: quare me
repulisti: & quare tristis incedo dum affligit
me inimicus.

Mitte lucem tuam & veritatem tuam ipsa
me deduxerunt & adduxerunt in montem
sanctum tuum: & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei ad deum qui le
tificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cytara deus meus:
quare tristis es anima mea: & quare cōturbas me

Spera in deo quoniam adhuc confitebor
illi salutare vultus mei & deus meus.

Cælebrans inclinatur caput deo dicens.

Gloria patri & filio & spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper
& in secula seculorum. Amen.

Introibo ad altare dei.

Ad deum qui letificat iuuentutem meam.

*Cælebrans manu dextra producit a fronte
ad pectus signum crucis dicens.*

Ad iutorium: o trū in nomine domini.

Qui fecit cœlum & terram. *Cælebrans
caput humiliter deo inclinatur dicens.*

Confiteor deo omnipotenti: beatæ ma
riæ semper virgini: beato Michaeli ar
changelo: beato Ioāni Baptiste: sanctis apo
stolis Petro & Paulo: omnibus sanctis: & vo
bis fratres quia peccaui nimis: cogitatione
verbo & opere. *Manu dextra percutit pec
tus suum interim dicens, mea culpa: mea
culpa: mea maxima culpa. Ideo precor bea
tam Mariam semper virginem: beatum Mi
chaelem archangelum: beatum Ioannē ba
ptistam, sanctos Apostolos Petrum & Pau
lum omnes sanctos: & vos fratres orare pro
me ad dominum deum nostrum. Si est co
ram summo pontifice: aut Cardinale: in ec
clesia vel loco sui tituli seu Cardinalatus:
aut legato sedis apostolicæ vel Patriarcha:*

B iiij

Archiepiscopo seu Episcopo: in eorum pro-
uincia, ciuitate vel diocesi constitutis: non
alias: stat coram altare remotius: aliquantu-
lum versus ad ipsum summum pontificem:
Cardinalem legatum: Patriarcham: Archie-
piscopum: vel Episcopum: & obmissa con-
fessione præscripta dicit sequentem.

Confiteor deo omnipotenti: beatæ Ma-
riæ semper virgini: beato Michaeli ar-
changelo: beato Ioāni baptistæ: sanctis apo-
stolis Petro Paulo omnibus sanctis & vobis
pater & fratres quia peccavi nimis cogita-
tione, verbo, & opere. Manu dextra percu-
tit pectus sum interim dicens. mea culpa,
mea culpa, mea maxima culpa. Ideo præcor
beatam Mariam semper virginem: beatum
michael archangelum: beatum Ioannem
baptistam: sanctos Apostolos Petrum & Pau-
lum: oēs sanctos & vos pater & fratres ora-
te pro me ad dominum deum nostrum. Sū-
mus pontifex, Cardinalis, legatus, patriar-
cha, archiepiscopus: vel episcopus: ac mini-
ster & intereentes genuflexi dicunt.

Misereatur tui omnipotens deus, & di-
missis peccatis tuis: perducatur te ad vi-
tam æternam. Amen. Subsequanter di-
cunt idem genuflexi celebrante se erigēte.

Confiteor deo omnipotenti: beatæ Mariæ
semper virgini: beato Michaeli archan-

gelo: beato Ioanni baptistæ: sanctis Apo-
stolis Petro & Paulo omnibus sanctis: & tibi
pater quia peccavi nimis: cogitatione, ver-
bo & opere. Manu dextra percutiunt pectus
suum interim dicentes. mea culpa: mea cul-
pa: mea maxima culpa. Ideo præcor beatā
Mariam semper virginem: beatum Michael-
lem archangelum: beatum Ioannem baptis-
tam: sanctos Apostolos Petrum & Paulum
& omnes sanctos: & te pater orare pro me
ad dominum deū nrm. Respondet celebrans.
Misereatur vestri omnipotens deus: &
dimissis peccatis vestris perducatur vos
ad vitam æternam. Amen. Celebrans p-
ducens manu dextra a fronte ad pectus si-
gnum crucis dicens.

Indulgentiam absolutionem & remissio-
nem peccatorum nostrorum tribuat nobis
omnipotens & misericors dñs. Amen.

Celebrans stans capite inclinato dicit.

Deus tu conuersus viuificabis nos.

Et plebs tua letabitur in te.

Ostende nobis dñe misericordiam tuam.

Et salutare tuum da nobis.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus. Et dicit secrete celebrans.

Aufer a nobis quesumus domine cūctas iniquitates nostras: vt ad sancta sanctoram mereamur puris mētibus introire. Per christum dominum nostrum. Amen.

Regula.

Quedam debeant in missa per celebrantem intelligibili voce. **P**rædicta omnia celebranti ordinata: excepto Aufer a nobis, &c. dici debent per eū intelligibili voce ita quod ab interessentibus missæ intelligibiliter audiantur. Similiter & introitus cum suo psalmo: & Gloria patri, Kyrieleyson, Gloria in excelsis deo, &c. Dominus vobiscum. Oremus. Flectatur genua leuate. orationes, prophetiæ. Epistola. Graduale cum suo versu. Tractus cum suis versibus. Euangelium. Credo. Dominus vobiscum. Offertorium. Orate fratres. Per omnia secula seculorum. Præphatio. Sanctus. &c. Nobis quoque peccatoribus. Per omnia secula seculorum. Pax domini &c. Agnus dei &c. Pax tecum. Domine non sum dignus. Communio. Dominus vobiscum. Oremus post communionem: humiliare capita vestra deo. Dominus vobiscum. Ite missa est. Benedicamus domino. Requiescant in pace. Benedicatur vos &c. omnia alia quæ in missa dicuntur: dici debent secrete: ita quod a circumstantibus seu interessentibus missæ non audiantur: dicto aufer a nobis &c. celebrans ascendit ad medium altaris: coram eo stans

capite inclinato: manibus iunctis super altare positus: posito pollicæ dextro super sinistrum quæ ita super altare ponuntur: quod digiti parui dumtaxat frontem seu medium anterioris partis tabulæ seu mensæ altaris tangant: residuo manum inter altare & se retento: quod semper obseruatur cum manus iunctæ super altare ponuntur secrete dicit. **C**oramus te domine vt per merita sanctorum tuorum quorum reliquiæ hic sunt omnium sanctorum indulgere digneris omnia peccata mea Amē. Osculat altare in medio manibus extensis hinc & inde super ipsum altare positus quod in omni deosculatione altaris ante consecrationem sacramenti obseruat: Similiter & post consecrationem eiusdem: solo dempto quod pollices ab indicibus propea tunc non disiunguntur accedit ad cornu sinistrum altaris videlicet Epistolæ: vbi stans versus ad altare: producit manu dextra a fronte ad pectus signum crucis: iunctis manibus supra librum positus. ex libro missali ibidem existente qui recte inter anteriorem & posteriorem partes altaris poni debet: dicit intelligibili voce Introitum missæ conuenientem cum psalmus. & Gloria patri: si est dicendum: deinde repetit introitum. Si vero legit pro defunctis vel alias Gloria patri non sit dicendum. post psalmum obmisso Gloria patri repetit introitum.

beatissimi natio capitis ante altare.

de osculo altaris quod modo de beatifici.

Qualiter liber missalis ponitur super altare vsque ad Euangelium.



Postea manibus ante pectus iunctis: accedit ad medium altaris: ubi stans versus ad illud manibus ut supra iunctis dicit voce filii.

¶ Kyrieleyson, Minister. ¶ Kyrieleyso.

¶ Kyrieleyson, Minister. ¶ Xp̄eeleyson

¶ Xp̄eeleyson, Minister. ¶ Xp̄eeleyson.

¶ Kyrieleyson, Minister. ¶ Kyrieleyso.

¶ Kyrieleyson.

¶ Si minister vel interessentes celebranti non respondeant: celebrans ipsa solus omnia dicit: tum in eodem loco stans manibus iunctis ante pectus: voce praedicta dicit: si sit dicendum.

¶ Gloria in excelsis deo.) Quod dicendo continuo manus extendit: & iterum iungit ante pectus: & caput deo inclinatur: quo ibidem per ipsum dicto: iunctis manibus prius in eodem loco: ac eodem modo stans persequitur.

¶ Et in terra pax hominibus bone voluntatis.

¶ Laudamus te.

¶ Benedicimus te.

¶ Adoramus te.

¶ Glorificamus te.

¶ Gratias agimus tibi, quod dicendo caput deo inclinatur & profertur.

propter magnam gloriam tuam.

¶ Domine deus rex caelestis deus pater omnipotens.

¶ Domine fili unigenite Iesu Christe. Deo caput inclinando.

¶ Spiritus & almae orphanorum paracleti.

¶ Domine deus agnus dei filius patris.

¶ Primogenitus mariae virginis matris.

¶ Qui tollis peccata mundi miserere nobis:

¶ Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram: quod dicens caput deo inclinatur.

¶ Ad mariae gloriam.

¶ Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis.

¶ Quoniam tu solus sanctus.

¶ Mariam sanctificans.

¶ Tu solus dominus.

¶ Mariam gubernans.

¶ Tu solus altissimus.

¶ Mariam coronans.

¶ Iesu christe. caput deo inclinans.

¶ Cum sancto spiritu. quod dicendo seipsum

signat manu dextra signo crucis a fronte ad

pectus interim perficiens.

in gloria dei patris. Amen.

¶ Textus in rubro positus dicitur tantum

in missis beatae mariae virginis: tam festiuis

& eorum octavis: etiam si infra ipsam octavam

de dominica vel aliquo alio festo agatur:

quod votivis eiusdem. ex consuetudine tantum,

quia in quibusvis missis votivis quocumque

tempore regulariter non dicitur (Gloria in

excelsis deo) exceptis votivis beatae mariae

virginis: & angelorum pro eo quod angeli

hunc hymnum primitus decantarunt. Si in

Gloria.



Quando dicitur & quando non dicitur Gloria in excelsis deo.

fra hebdomadam in aduentu dicitur officium missae dominice non dicitur in ea. (Gloria in excelsis deo.) Nec in missis defunctorum quocumque tempore: nec in missis de tempore a dominica. lxx. inclusivae usque ad diem Iouissanctae exclusivae. Dicitur autem quando extra aduentum infra hebdomadam missa huiusmodi officij celebratur: Dicitur etiam (Gloria in excelsis deo.) In missis officij singulorum dierum in quo dictum est in matutinis. (Te deum laudamus.) Et non alias: nisi die Iouissanctae quae cena domini appellatur, & Sabbato sancto. In quibus etiam Gloria huiusmodi in missa dicitur: licet Te deum in matutinis non habeatur: & secunda & tertia & quarta feriis quae rogationum seu lextaniarum minorum non cupantur ante festum Ascensionis domini. (Gloria in excelsis deo.) In missis dierum earundem non dicitur: licet in matutinis, Te deum laudamus habeatur: dicitur autem in missa eiusdem diebus si de festo missa celebratur. Quo ibidem per ipsum completo, vel si non sit dicendum illo obmissio: si legenda est prophetia: dicto Kyrieleyson: celebrans reuertitur ad cornu Epistolae ubi stans ante altare extendit manum ante pectus eadem voce. (Oremus.) Tu iunctis manibus subiungit sibi voce. (Flectamus genua.) Et ibidem rursus ut stabat manibus extensis hinc & inde super altare

Qualiter celebrans se sustinet cum genua flectit.

re positus ut se ad ipsum altare sustineat, quod in omni genuflexione ante altare fieri consuevit excepto a consecratione usque ad abluitionem digitorum post communionem: quo tempore medios annulares: & paruos digitos dumtaxat extendit dum ad altare se sustinens genuflectit: & sine mora dicit eadem voce. (Leuate.) Surgit & stans ibidem manibus extensis ante pectus: dicit intelligibili voce orationem in missali ordinatam, cum sua conclusione: ad quam iungit manum & orationem perficit. Extensio autem manuum ita fit, quod una manum aliam respicit: digitus non disiunctis: quorum summitas altitudinem humerorum non transcendat: & eorum distantia non excedat quam in omni extensione manuum ante pectus obseruatur. Deinde manibus iunctis: vel disiunctis prout sibi magis placet super librum vel altare positus: legit prophetiam: quam finita minister dicit. (Deo gratias.) Tum celebrans stans eodem modo legit ibidem Graduale. Et si plures prophetiae sunt dicende. ante singulas prophetias dicit. Oremus flectamus genua leuate. & facit: ac minister in fine singularum dicit. Deo gratias: prout de prima dictum est: nisi missale aliter contineat: prout est in diebus veneris sancti & sabbati sancti. In vigilia autem penthecostes & diebus mercutij ac sabbati penthecoste immediate sequentibus non dicitur. Flectamus genua leuate: prout etiam in missali ordinatur

Qualiter extensio manuum habet fieri.



dicto Graduali post prophetiam: vel si non sit legenda prophetia: alijs vt præmittitur dictis: cælebrans stans ante medium altaris manibus hinc & inde desuper positis, illud osculatur in medio tum iunctis ante pectus manibus demissis oculis ad terram ad manū sinistram: hoc est ad latus dextrum: vertit se ad populum: & dicit voce prædicta.

(Dominus vobiscum.) Quod dicendo extendit & iungit manus ante pectus digitis tamen non disiunctis. *R.*

(Et cum spiritu tuo.) Tum iunctis vt prius manibus reuertitur per eandem viā ad medium altaris: & facta ibidem cruci reuerentia: accedit ad librum vbi dicit simili voce.

(Oremus.) Quod dicendo extendit & iungit manū ante pectus: & caput deo inclinatum cum extensis manibus ante pectus eadem voce dicit ibidem orationem diei conuenientem vsq; ad **(Per dominiuum nostrum)** Vel aliam conclusionem: quam dicendo iungit manus ante pectus: & sic tenet eas vsq; ad finem orationis quam cum sua conclusione ante librum perficit & dicendo, **(Iesum christum filium tuū.)** Et quotienscunq; hoc nomen Iesus nominat caput deo inclinatum. Conuenit etiam qd cum nomen gloriose virginis Mariæ nominatur caput ei inclinatur & si sunt plures orationes dicende idem in

Quod Oremus & omnes orationes & post communionem cum suis conclusionibus vsq; ad eam finem dicuntur ante librum.

eis in voce: extensione & iunctione manū & capitis inclinatione: quod supra dictum est obseruatur: sed ante primam tantū orationem ex pluribus huiusmodi dicitur Oremus, & sub conclusione vltime orationis omnes terminantur. Aduertendum qd si altare est versum ad populum, & in eo cælebrans stat facie populo versa non se vertit aliter: cum dicturus est, **(Dominus vobiscum.)** Ante orationem: sed osculato altari stans ad populum versus vt erat dicit, **(Dominus vobiscum.)** Idem obseruatur ad monitionem, **(Orate fratres &c. Dominus vobiscū.)** Ante offertorium ac ante & post communionem **(Ite missa est.)** & benedictionem populi si est danda. Cum autem alio altari se vertit ad populum bis tantū videlicet ad **(Orate fratres.)** Et cum in fine populo benedixit circumferens semicirculo facto ad eandem manum ad quam se populo verterat ad mediū altaris se conuertit. Sciendum quod ecclesia Romana in festis duplicibus vna tantum oratione vtitur: nisi festū ipsum extra aduentum & quadragesimam in dominica venerit cuius officium nō possit in alium diem illius hebdomadæ trāsseri: & de qua sit commemoratio facienda: & tunc oratione festi sub sua cōclusionem dicta: dicitur alia de ipsa dominica tantum & etiā

Quod ad nomina Iesus & Maria caput inclinatur.

Si altare en versū populo celebrās se nō vertit cū populo alloquitur vel ei bñdicat.

Quod celebrās ad orate fratres & populi benedictionem dū taxat circulum perficit.

Quod & quo ordine dicuntur orationes siue collecte.

C



sub sua conclusione: nisi sint infra aliquam octauam de qua sit agēda commemoratio: tūc cōmemoratio octauæ subiungit cōmemoratiōni dominicæ: & sub cōclusiōne orationis octauæ ambe ipsæ orationis concludantur. Si vero in adventu vel. xl. huiusmodi festum in dominica venerit festū ipsum transfertur in diem sequentem in qua similiter & quocunq; die tunc huiusmodi festum venerit: dicta oratione festi sub sua conclusione: dicitur alia oratio de feria siue tēpore: etiam sub sua conclusione nisi infra octauam de qua venit commemoratio habenda quia tunc dicta oratione de festo huiusmodi sub sua conclusione: subiungitur oratio octauæ: quam sequitur oratio de feria: siue de tempore: sub cuius cōclusiōne ambe terminantur. Nec vnq; cū prima oratione missæ: concluditur secunda oratio: nisi in collatione ordinum: consecratione Episcoporum: virginum: ecclesiarum & altarium: benedictione Abbatum: Abbatissarum & cimiterij: benedictione & consecratione Regum & Reginarum. In dominicis vero & alijs festiuis: ac feriatis diebus: etiam in aduentu: & in. xl. tres orationes dicuntur: exceptis festo sanctorum Innocentium: & ipsum sequentibus diebus: vsq; ad diem sancti Siluestri inclusiue: & alijs diebus quibus in missæ

fali commemoratiōnes habēde specificant: in quibus dicuntur orationes ibidē ordinate. Et si de sanctis oratiōes huiusmodi sunt dicende: debet post primā orationē: in alijs ordo letaniarū obseruari: scilicet de sancta Trinitate: vel de spiritu sancto aut de sancta Cruce: seu de beata virginæ: si de earum altero cōmemoratio veniat agenda sit: prima sequitur de Apostolis: deinde de martyribus: confessoribus: virginibus: respectiuæ, & sic de alijs de quibus erit agendum: nisi esset infra aliquam octauam: quia tunc oratio de octaua haberet primum locum post primam orationē: extra tamen diem dominicā. Si vero orationes de pace: contra paganos pro Papa: pro benefactoribus: pro seipso: vel similes: celebrans sit dicturus quibus omnibus orationibus de sanctis sunt proponendo & postponendo orationes: prout magis conueniat.

¶ Si in vigilijs festorum: & alijs diebus de quibus sunt proprie missæ ordinate: vel in quibus horæ canonicæ dicunt de alio quā ordinarium officium illius diei requirit celebratur alia missa quā de vigilia vel die currente: debet in missa huiusmodi de ipsa vigilia: siue die commemoratio haberi: & orationi vigiliæ siue diei addi alia oratio con-

ueniens: nisi esset infra aliquam octauā de qua ageretur: quia tunc prius fieret commemoratio de octaua deinde de vigilia siue de huiusmodi. Quando autem missa dicitur de vigilia: & horæ canonicę dicuntur de festo vel sancto: in ipsa missa post dictam orationem vigilię sub sua conclusione dicitur oratio de festo vel sancto predicto: cui additur alia oratio conueniens. Idem obseruatur si in .xl. agitur de festo simplici: quod nō habet propriam missam: etiam si habet propriam orationem cum secreta & post communionem: & missa celebratur de die corrente. xl. post conclusionem orationis ordinarię missę huiusmodi: dicitur oratio de dicto festo: cui alia oratio conueniens adiungitur. Si concurrant eadem die duo festo agitur de digniore eorum: aut si supra paria de eo quod habet plura de proprio: de alio autem non fit commemoratio: sed transfertur in alium diem quo agi possit de eo conuenienter. Et si in dominica vel infra aliquam octauā venerit festum: cui dominica vel octaua nō cedit: etiam non fit de huiusmodi festo commemoratio: sed transfertur in alium diem extra dominicam & octauam huiusmodi: quo nō habetur aliud festum: & tunc de ipso agitur. Et si festum vigiliam habens venerit secunda feria: vigilia & officium vigilię huiusmo-

di agitur in die sabbati præcedentis: & non in dominica: siue per integrum officiū siue per commemorationem vt prædiximus conueniat peragi. Si quarta feria vel sabbato quoruncunq; quattuor temporum: aut alia quacunq; die: qua in missa ante Epistolam habetur prophetia: dicitur missa de aliquo sancto, vel votiua aut alia: in qua ferie huiusmodi currentis commemoratio fit facienda prima oratio quę post introitum missę illius ferie posita est: dicitur pro eiusdem ferie cōmone.

Con excelsis in quibus sunt plures sacerdotes beneficiati: si in .xl. aut dominicis vel alijs diebus in quibus habetur propria missa: quę non potest alium diem transferri: dicenda sit missa de festo duplici vel solēni corrente. Vnus sacerdotum eorundem dicit missam de dominica vel de feria: seu aliam propriam illius diei ordine solito: alius de festo absq; aliqua cōmemoratione. In cæteris aut ecclesijs, vnicum sacerdotem habentibus in quibus in missis festorum de dñica vel feria seu die alias propriū officium habente commemoratio debet haberi vt supra diximus, conuenit quod sacerdos qui missam celebrauit dicto per eum post benedictionem in fine missę datam Euangelio sancti Ioannis: deposita Casula stans in cornu Epistolę vsus ad altare legat missali officium proprię missę illius diei prout

ctiam dicemus infra de missa sicca. Quando autem officium missæ dominicalis potest conuenienter in alium diem illius hebdomade transferri, prout communiter fieri potest de officijs dominicarum extra aduentum. lxx. lx. l. & xl. debet dici officium missæ festi: eo die quo occurrit absq; cōmemoratione dominice: & infra hebdomadam tunc currentem missa officii dominice hmoi celebrari.

In missa votiuā dicta oratione ordinaria sub conclusione sua subiungi potest alia de feria: aut de festo: vel de sanctis: de quibus illa die agitur: & eidem addi alia ipsi & ipsi missæ conueniens vel conuenienter omnes commemorationes prætermitti. Si non celebretur pro defunctis: sed velit pro aliquo defuncto: vel pluribus orare: ponit orationem ipsam pro defunctis huiusmodi: ante ultimā: ita qd oratio pro defunctis non concludat: sed sub ultimæ orationis conclusione cōcludatur. Si vero celebrat pro defunctis: in die exequiarum: vna tm oratio dici consuevit.

In tertio aut. vij. xxx. & anniuersario dieb; ac alijs missis pro defunctis: prima oratione sub sua cōclusionē terminata possunt alie due orationes addi pro defunctis: quæ sub vltima conclusione terminantur & conuenit quod ipsa vltima oratio huiusmodi sit generalis pro oib; fidelibus defunctis videlicet. Fidelium

Vbi & qd
liter ora
tio pro de
functis di
citur.

deus oim &c. In ipsa quoq; missa defunctorum: oratio de sanctis, vel feria, aut alia quā pro defunctis dici non debet finitis orationibus, celebrans positus super librum vel altare manibus iunctis vel disiunctis, prout sibi magis placet: dicite eadem voce intelligibili Epistolā ibidem: cuius vltimā si labā aliquātulum prahit: qua dicta minister dicit. **Deo grās.** Tū eodem modo stans celebrans dicit simili voce: vel paululum mutata. Graduale & Allea cū suo versu: ac prosam vel sequentiam si habet: aut omisis Allea cū versu suo: & prosa vel sequentia: si missæ aut tpi non cōueniant vel non habeantur: dicit Tractum si sit dicendus. Nā allea non dicitur in missis pro defunctis: & a dñica. lxx. inclusiue vsq; ad vigiliā Pasche exclusiue: & in quatuor tēporib; Aduētus: mēsis Septēbris: & oib; vigilijs totius anni in quibus est indictū ieiuniū, exceptis vigilijs pasche pēthecostes: & natiuitatis xpī: si venerit in dñica, ac festo innocentū si venerit in dñica, in quibus tunc dicit Allea. Si aut in diebus huiusmodi in quibus Allea non dicitur: dicenda est aliqua missa votiuā vel alia: in q Tractus non habeat, poterit post Graduale cū suo versu: loco tractus: omisso Allea dici eius versus: vel etiā eo omisso: dicto Graduali cū versu suo dici. (Mūda cor meū.) Et alia prout habet infra. In dicēdo aut Allea hic mod; ser

Alleluya.

Quando Alleluya non dicitur turet quod dicitur in missa.

uat: añ ꝑ sum: bis Alfa dñ, & post ꝑ sum, semel replicat: Ab octaua ꝑo pasche vsq; ad octauam penthecostes quo tempore Graduale non dicitur, sed illius loco secundum Alleluya primo iungitur. ante versum primi: bis Alleluy: dicitur, & post versum semel, Similiter & post secundi versum Alleluya semel replicatur. quocunq; autem tempore profa seu sequentia est dicenda: illa post versum dicitur anteq; Alleluya replicatur: quod post dictam profam seu sequentiam huiusmodi repetitur, quibus dictis minister seu celebrans ipsa portat librum missalem ad cornu dextrum altaris, videlicet Euāgelij: si altare ipsum non sit magnæ longitudinis. Si vero sit magnæ longitudinis: ponit librum missalem inter ipsum cornu dextrum & medium altaris, vt celebrans in medio altaris stans, possit omnia dicenda ex eo comode dicere, & eundem missalem ita locat: quod caput missalis respiciat ipsum posterius cornu altaris in parte prædicta: & non ad partem siue ad partem eius contra se directam. Tum celebrans stans in medio altaris ꝑsus ad illud: leuatis ad deum oculis: iunctis manibus ante pectus secrete dicit.

¶ Munda cor meum & labia mea omnipotens deus: qui labia Esaye prophete calculo mundasti ignito: ita me tua grata misera

Qualiter
libet missalis
ponitur super
altare pro
euāgelio
& alijs dicendis
vsq; ad communionem

tione dignare mundare vt sanctum Euāgelium tuum digne valeam nunciare: per christum dominum nostrum. Amen.

Tum similiter stans dicit eodem modo.

¶ Tunc donec benedicere. Et sibi ipsi respondet & benedicit dicens.

¶ Dominus sit in corde meo & in labijs meis vt digne & competenter annunciem, Euāgelium suum Amen. His dictis vertit se ad librum missalem vt premittitur positum: vbi sic stans iunctis manibus ante pectus: dicit intelligibili voce. ꝑ.

¶ Dominus vobiscum.

¶ Et cum spiritu tuo. Deinde pollice dextre manus signat primo librum super principium Euāgelij quod est dicturus: postea se ipsum in fronte, ore, & pectore, signo crucis dicens eadem voce.

¶ Sequentia sancti euāgelij secundum. N. vel si est dicendum.

¶ Initium sancti euāgelij secundum, N.

¶ Gloria tibi domine. Tum iunctis iterum prius manibus, stans versus vt supra, profertur Euāgelium voce prædicta vsq; ad finem: & eius ultimam sillabam aliquantulum protrahit, quo completo minister dicit. **De osculo**
latide re
xtus euā
gely.

¶ Laus tibi christe. Celebrans osculat euāgelium per eum dictum in eius principio, nisi celebret pro defunctis: quia tunc non

osculatur Euangeliū vel cælebret corā summo Pōtifice aut Cardinale. Patriarcha. Archiepiscopo: vel Epō. cui liber & text⁹ Euāgelij portatur per eū osculandus: quo casu celebrans euangeliū ipsum etiā non osculatur. Tunc stans in medio altaris versus ad ipsū altare manibus iunctis ante pect⁹ & aliquantulum eleuatis; intelligibili voce dicit si est dicendum.

Credo in vnum deum. qđ dicendo extēdit & iterū iungit manus & stans manibus iunctis ante pectus: in eodem loco prosequitur vsq; ad finem eadem voce. patrē omnipotentē factorē cœli & terre: visibilium oīm & inuisibilium. Et in vnū dñm Iesum xpm. Caput deo inclinat. filium dei vnigenitū. Et ex patre natū ante oīa secula Deum de deo: lumē de lumine deum verum de deo vero, genitum nō factum consubstantialē patri: per quē omnia facta sunt. Qui propter nos homines: & propter nostrā salutem descendit de cœlis. In eodē loco, vbi stabat genuflectit coram altari dicens. Et incarnatus est de spū sancto ex Maria virgine: & homo factus est. Surgit & stās vt pri⁹ prosequitur. Crucifixus etiam p nobis sub pontio Pilato passus & sepult⁹ est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in cœlum sedet ad dexteram patris.

Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni nō erit finis. Et in spīritū sanctū dominum & viuificantem. Qui ex patre filioq; procedit. Qui cū patre & filio simul adoratur & cōglorificat. Qui locutus est per prophetas. Et vnā sanctam catholicam & apostolicā ecclesiā. Cōfiteor vnum baptisma in remissionē peccatorum. Et exspecto resurrectionē mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amen.

Regula.

Et dū hęc vltima verba pfert pducit manu dextra signū crucis a fronte ad pectus. Credo aut dñi i oīb⁹ dieb⁹ dñicis toti⁹ anni: etiā si de festo missa cælebrat: vel octaua in qua alias Credo nō esset dicendū: aut votiua dicat: in qua tñ de dñica cōmemoratio habeat. Itē ad missam noctis & ambas alias missas diei Natiuitatis dñi nri Iesu xpi: & sex diebus sequentibus; In circuncisionis dñi. In octaua sancti Ioannis euangelistæ. In epiphaniæ dñi: & per totā eius octauam In conuersionis scti Pauli apli. In oīb⁹ festiuitatibus beatæ mariæ virginis: & per eorū octauas q̄ habent: In Cathedra scti Petri. Feria quinta cœna dñi. In resurrectionis & sex diebus sequentibus. In ascensionis domini & per octauam. In pēthecostes: & sex dieb⁹ sequentib⁹. In corpis xpi: & p octauā.

Credo.
Quando
Credo est
dicendū.

In sancti iohannis ante portam latinam. In apostolorum Petri & Pauli: & per octauam propterea. In octaua beati iohannis baptistae In sancti Petri ad vincula. In octaua sancti Laurentij. In inuentionis: & exultationis sanctae crucis. In angelorum: In omniū sanctorum: & per eius octauam: ad singulorū Apostolorum: & Euangelistarū ac quatuor doctorum festiuitatibus. In omnibus consecrationibus ecclesiarum, altarium, & Pontificum: & in singulis ecclesijs in festo illius sancti vel sanctae: in cuius honorem: ecclesia ipsa vel Altare specialiter sunt consecrata: etiā si in illius festo alias dicere non liceret: ac per octauam eiusdem festi & anniuersarijs dedicationum ecclesiarum vel altariū & eorum octauas: si eas habent: dicitur quoque infra singulas octauas supra scriptas Credo: etiam si non de ipsa octaua: sed de quocūque alio festo tunc currente missa celebraret. In quibuscunq; autem missis votiujs: etiā beatæ Mariæ virginis: Credo non dicitur: nisi esset in die dominica: vel infra aliquā octauam: infra quam hoc liceret dicere: quia tūc in omni missa votiuja dicitur Credo: si in ipsa sit de dominica aut octaua huiusmodi commemoratio alias non. Nec dicitur in missis defunctorum vel quibuscunq; alijs superius non specificatis: dicto Simbolo vel si nō sit

dicendum: illo omisso: osculatur Altare in medio: & iunctis manibus ante pectus ibidem ad manum sinistram: hoc est ad latus dextrum vertit se ad populum: & dicit intelligibili voce.

¶ Dominus vobiscum, Quod dicendo extendit & iungit manus ante pectus. &c.

¶ Et cum spiritu tuo. Iunctis manibus reuersus per eandem viam ad medium altaris: facta reuerencia cruci: manibus vt supra iunctis: stans ibidem versus ad ipsum altare: dicit voce simili.

¶ Oremus. Quod dicendo similiter extendit & iungit manus ante pectus: & caput deo inclinatur: Tum iunctis vt prius manibus dicite eadem voce offertorium: prout in ordinario, & omnia quæ vsq; ad finem missæ in medio altaris dicenda sunt: dicit ibidem stans versus ad ipsum altare: & non ad aliam partem nisi vbi infra aliter ordinatur. Dicto offertorio: si sint qui volentes offerre: celebrans accedit ad cornu Epistolæ: vbi stans detecto capite latere suo sinistro altari verso deponit manipulum de brachio sinistro: & accipiens illud in manum dextram porrigit summitatem eius: singulis offerentibus osculandam dicens singulis.

¶ Acceptabile sit sacrificium tuum omnipotenti deo. vel

Quomodo dicitur: tur ea qd ceda sunt in medio altaris.

CCentuplū accipias: & vitā æternā possi-
deas.) Accepta oīm oblatione cælebrans
reponit manipulū in brachiū finistrū: & re-
uertitur ad mediū altaris: vel si nō sint offe-
rentes stans in eodē medio altaris: vers⁹ ad
illud, accipit patenā cū hostia & hostijs de⁹
sup posita & positis, si qua sit vel q̄ sint: pro
alterius vel aliorū cōmunionē consecrande
dispensande, vel conseruande illā ambabus
manibus vsq; ad pectus eleuatā tenens: &
si sunt alie hostie non super corporale vel a-
lio calice seu vasæ ad hoc conuenienti posi-
te pro cōmunionē populi consecrande: cali-
cem illum seu vas manu dextra discooperit
& intentionē suā dirigēs: vel etiā illas offer-
re & cōsecrare oculis ad deū itēt⁹ dicit secre,
Suscipe sanctæ pr̄ oīpotens æterne de⁹
hanc immaculatā hostiā: quam ego indign⁹
famulus tuus offero tibi deo meo viuo &
vero: pro innumerabilib⁹ peccatis & offen-
sionibus & negligentijs meis: pro oīb⁹ cir-
cūstantibus: sed & p̄ oīb⁹ fidelibus chris-
tianis viuis & defunctis: vt mihi & illis pro-
ficiat ad salutem in vitam æternam. Amen.)
Facit signum crucis cum patena super cor-
porale, & locum in quem positurus est ho-
stiam, quā deinde cum patena ponit in me-
diū seu circa mediū anterioris: siue pximio-
ris partis Corporalis ante se, & patenā ad

manum dexterā: aliquantulū subtus Cor-
porale: & Calicem seu vas aliarū hostiarum
si sit sua patena cooperit, postea accipit cali-
cem quem purificatoria diligenter mundat
& ampullā vini de manu ministri, quā illæ
manu dextera nuda, detecto capite sibi por-
rigit: accipiens imponit vinū in Calicem ad
sufficiētiā nihil dicens. Tū si non cælebrat
pro defunctis, facit signum crucis super am-
pullā aquæ, quam etiam de manu eiusdem
similiter manu dextera nuda: detecto capi-
te, illam sibi porrigentis accipit, & ex ea im-
ponit pusillum aquæ in calicē secrete dicēs.

Deus qui humanæ substantiæ dignitatē
mirabiliter condidisti, & mirabilibus refor-
masti da nobis per huius aquæ & vini mys-
terium eius diuinitatis esse consortes: qui
humanitatis nostræ fieri dignatus est parti-
ceps, Iesus christus filius tuus dominus no-
ster: qui tecum viuit & regnat in vnitāte spi-
rit⁹ scti de⁹: per oīa secula seculorū. Amē.)

Si nō cælebrat p̄ defunctis: nō p̄ducit si-
gnū crucis sup ampullā aquæ, sed imponit
absq; signo hmōi ex ea pusillum aquæ in ca-
licē dicēs: eandē orōnē proximo scriptā. Im-
posita aqua: & finita oratione prædicta: ac-
cipit ambabus manibus calicem discooper-
tum: videlicet cum sinistra pedem: cum dex-
tra autem nodum infra cuppam Calicis;

& stans in medio altaris: calicē ipsum dis-
coopertum vsq; ad pectus eleuatum tenet
intentus ad deum oculis dicit secrete.

Offerim⁹ tibi domine Calicem salutaris:
tuam deprecantes clementiam: vt in consp-
pectu diuinę maiestatis tue: pro nostra & p-
totius mundi salute cum odore suauitatis
ascendat. Amen.) Signat cum calice super
corporale: & ipsum ī medio seu circa mediū
eorum post hostiam collocat & palla coope-
rit: ac iunctis manibus super altare positis:
capite inclinato dicit secrete.

In spiritu humilitatis: & animo contrito
suscipiamur a te domine: & sic fiat sacrificiū
nostrum in conspectu tuo hodie: vt placeat
tibi domine deus.

Eleuat manus extensas, & iungit eas
ante pectus secrete dicens.

Veni sanctificator omnipotēs æterne de⁹
& bene-**dic.** Signando manu dextra com-
muniter super hostiam & calicem.

hoc sacrificium tuo sancto nomini p̄paratū
Tum iunctis ante pectus manibus accedit
ad cornu Epistolę vbi stans: ministro aquā
fundente lauat & tergit man⁹ dicēs secrete

Lauabo inter innocentes manus meas:
& circumdabo altare tuum domine.

Vt audiam vocem laudis tue: & enarrem
vniuersa mirabilia tua.

Domine dilexi decorem domus tuę: &
locum habitationis glorię tuę.

Ne perdas cum impijs deus animā meā:
& cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum manib⁹ iniquitates sunt: dex-
tera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus
sum: redime me & miserere mei.

Pes meus stetit in directo in ecclesijs be-
nedicam te domine.

Gloria patri & filio & sp̄itu sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper
& in secula seculorum Amen. Lotis & terfis
manibus & illis ante pectus iunctis / ad me-
diū altaris reuertitur / vbi stans / ad deum
eleuatis oculis / manibus iunctis / super alta-
re positis inclinato capite: versus ad ipsum
altare dicit secrete.

Suscipe sancta trinitas hanc oblationem
quā tibi offerimus ob memoriam passionis
Resurrectionis, & Ascensionis Iesu christi do-
mini nostri: & in honore beatę Marię sem-
per virginis: & beati Ioanis baptiste: sancto-
rum apostolorum Petri & Pauli & istorū &
omnium sanctorum: vt illis proficiat ad ho-
norem: nobis autem ad salutem: & illis pro
nobis intercedere dignentur in cœlis: quo-
rum memoriam facimus in terris: per chris-
tum dominum nostrum. Amen. Extensis

D

manibus hinc & inde super altare positis: of-
culatur altare in medio: tum iunctis manib⁹
ante pectus demissis oculis ad terram: ver-
tit se ad manum sinistram: hoc est ad latus
dextrum ad populum: & sic versus ad illum
dicit voce aliquantulum eleuata.

Orate fratres. Et secrete prosequitur.
**vt meum & vestrum sacrificium acceptabile
fiat apud deum omnipotentem.** Quod dicē-
do extendit & iungit manus ante pectus: &
continuo ad altare reuertitur perficiendo
circulum inceptum. Minister vero & alij in-
teressentibus genuflexi: detectis capitibus
respondent dicentes secrete.

**Suscipiat dominus sacrificium de mani-
bus tuis: ad laudem & gloriam nominis sui:
ad vtilitatem quoq; nostram: & totius eccle-
siae suae sanctae.** Quod si minister vel alij in-
teressentes non responderint: celebrans
ipsa dicit secrete.

**Suscipiat dominus sacrificium de mani-
bus meis: ad laudem & gloriam nominis sui
ad vtilitatem quoq; nostram: & totius eccle-
siae suae sanctae.** Tum celebrans ipsa iunctis
manibus ante pectus: stans ante librum di-
cit secrete: orationem secretam, diei conue-
nientē extēsis manibus ante pect⁹ vsq; ad
Per dominum nostrum. Vel aliam conclus-
ionem quam dicendo iungit manus ante

pectus & ad verba

Iesum christum filium tuum. Caput deo in-
clinat sicq; manibus iunctis continuat vsq;
ad verba.

Per omnia secula seculorum. Exclusiue
si vnica est secreta. Si vero plures secrete
sunt dicende addit conclusioni primae etiā
illa verba. Per oīa secula seculorū Amē.)
Deinde absolute subiungit alias orationes
secretas: prioribus orationibus conuenien-
tes: quia tot: & conuenientes: ac eodem or-
dine dici debent secrete & post communio-
nes: quot quo ordine: & de quibus dicte sūt
ante Epistolam orationes: peruento in cō-
clusionem vltime secrete ad verba. (Per om-
nia secula seculorum.) exclusiuae: celebrās
stans in medio altaris: depositis sup eo hinc
& inde manibus extēsis: dicit conuenien-
ti voce & intelligibili Præfationem sequen-
tem: quæ communis est omnib⁹ missis etiā
defunctorū: nisi specialis habeatur. Et vbi
specialis præfatio habetur illa dicitur tam
in festo q̄ infra eius octauam: si octauā ha-
beat, etiam si infra ipsam octauam agatur
de dominica vel aliquo alio festo specialem
præfationem non habente. Si vero ipsum
festum de quo infra octauam agitur habeat
specialē præfationē: illa specialis dī omīssa
præfatione octauæ nisi in missali aliter ordinē

Quod &
quo ordi-
ne debet
dici secre-
te: & post
commu-
niones.

D ij

In missa quoque votiva dicitur præfatio propria illius diei vel festi de cuius votiva agitur si dies ipsa vel festum præfationem propriam habeat.

Cler omnia secula seculorum.

CAmen.

Cominus vobiscum.

CEt cum spiritu tuo. Manus entensas eleuat hinc & inde usque ad pectus dicens.

CSursum corda.

CHabemus ad dominum

CGratias agamus domino deo nostro, Quod dicendo iungit manus ante pectus: & caput deo inclinatur.

CDignum & iustum est. Eleuatis & extensis ut prius manibus profequitur præfationem sequentem, si non habetur alia propria.

Cvere dignum & iustum est æquum & salutare. Nos tibi semper & ubique gratias agere: domine sanctæ pater omnipotens æterne deus: per christum dominum nostrum, Quod dicendo caput deo inclinatur: tum extensis ut prius manibus profequitur.

Per quæ maiestatem tuam laudant angeli: adorant dominationes, tremunt potestates. Cœli cœlorumque virtutes: ac beata seraphin socia exultatione concelebrant. Cum quibus & nostras voces, ut admitti iubeas deprecamur: supplici confessione dicentes. Iunctis manibus ante pectus voce mediocri dicit.

CSanctus. Sanctus. Sanctus dominus deus sabaoth. Pleni sunt cœli & terra gloria tua. Osanna in excelsis. Manu dextra producendo signum crucis a fronte ad pectus seipsum signat dicens.

CBenedictus qui venit in nomine domini. Osanna in excelsis. Manibus iunctis super altare positis: stans ante medium altaris: versus ad illud: eleuatis ad deum oculis & sine mora demissis capite inclinato dicit secrete.

Tigitur clementissime pater per Iesum christum filium tuum dominum nostrum supplices rogamus ac petimus. Osculatur ante se altare: erigit se & stans eleuatis & iunctis manibus ante pectus dicit.

ut accepta habeas: & benedicas. Dextra manu ter signat cõiter super hostiam & calicem dicens. Hæc do \times na: hæc mu \times nera: hæc sancta \times sacrificia illibata. Extensis manibus ante pectus profequitur, in primis quæ offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica: quæ pacificare: custodire: adunare: & regere digneris: toto orbe terrarum: una cum famulo tuo Papa nostro. N. exprimendo nomen Papæ. & antistite nostro. B. Specificando nomen Patriarchæ Archiepiscopi: vel Episcopi ordinarij sui. Si celebrans est Episcopus: Archiepiscopus: vel Patriarcha: omiſſis verbis: antistite nostro. N. dicit. & me indigno seruo tuo.

D iij

anteñ. pro
euitanda
molestia
circunstā
tibus.

Si autem est papa qui cælebrat dictis versibus, toto orbe terrarum, obmissis vna cum famulo tuo Papa nostro. N. & antistite nostro. N. dicit, vna cum me famula tuo indigno quem gregi tuo præesse voluisti. & continuat omnes vt sequitur. & oibus orthodoxis atq; catholicæ & aplice fidei cultoribus
Memento domine famulorum famularūq; tuarum.) Stans inquiete: manibus iunctis: & vsq; ad faciem, vel pectus prout sibi magis placet æleuatis: agit commemorationē viuorum christi fidelium ad suam voluntatem, eorum tamē nomina non est necesse quod exprimat: sed solū in mente eorū memoriam habeat. potest tamen cælebrans si pro pluribus orare intendit (Ne circumstantibus sit molestus.) Ante missam in animo suo proponere omnes illos: tam viuos q̄ defunctos, pro quibus in ipsa missa orare intendit: & in hoc loco generaliter vnico contextu ipsorum viuorum commemorationē agere: quibus ante missam p̄posuit in ipsa missa suis orationibus subuenire, qua facta seu habita: demissis & extensis manibus vt prius continuat.

Et omnium circumstantium quorum tibi fides cognita est & nota deuotio pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se: suisq; omnibus pro

redemptione animarum suarum: pro spe salutis & incolumitatis suæ tibi reddunt vota sua æterno deo viuo & vero.

Stans eodem modo dicit.

Communicantes & memoriam venerantes in primis gloriosæ semperq; virginis marie genitricis dei & domini nostri Iesu xpi. Inclinat caput deo & prosequitur.

Sed & beatorū apostolorū ac martyriū tuorū.

P etri, &	L ini.
P auli.	C leti.
A ndreæ.	C lementis
I acobi.	S ixti.
I oannis.	C orneli.
T home.	C ipriani.
I acobi.	L Laurenti.
P hilippi.	G risogoni.
B artholomei.	I oannis, &
S imonis, &	P auli.
T hadei.	C osme, &
	D amiani.

Et oim sanctorū tuorū quorum meritis p̄cibusq; cōcedas: vt in oib; p̄tectionis tuæ muniamur auxilio: p̄ eundū xpm dñm nrm. Amē.) Minister accendit intorticiū: q̄ erectū in dextra manu retinēs: & cōuenienter eleuās, genuflectit: in gradu, vel in terra: p̄ dispositiōe loci, retro celebrantē: q̄ dictis p̄missis extēdit manū vsq; oblata: dicēs secre.

D iij

Hanc igitur oblationem seruitutis nr̄e:
sed & cuncte familie tuæ quesum⁹ domine
vt placat⁹ accipias: diesq; nostros in tua pa
ce disponas: atq; ab æterna dānatione nos
eripi: & in electorum tuorum iubeas grege
numerari. Per christum dominum nostrum.

Amē. Iungit manus an̄ pect⁹ dicēs secrete.

Quā oblationē tu deus in oīb⁹ quesum⁹.
Dextera manu communiter signat ter sup
hostiam & calicem dicens.

Bene ✠ dictam: A scri ✠ ptam: Ra ✠ tam
rationabilem: acceptabilemq; facere digne
ris: vt nobis, semel separatim signat super
hostiam tantum dicens.

Cor ✠ pus. Deinde sup calicē tantū dicens.
& san ✠ guis. Eleuat & iungit manus ante
pectus prosequens fiat: dilectissimi tui do
mini nostri Iesu christi. Inclinat caput deo,
& tergit aliquantulum pollices & indices su
per corporale dicens secrete.

Qui pridie quam pateretur. Accipite cū
pollice & indice dextre manus hostiam: &
eam cum illis: ac pollice & indice etiam sinis
stre manus tenens stās erectus ante mediū
altaris dicit. accepit panem: in sanctas ac
venerabiles manus suas.

Eleuat ad deū oculos: & sine mora demittit
dicens & eleuatis oculis in coelū ad te deū
patrem suum omnipotētem: tibi gr̄as agēs.

Tenet hostiam inter pollicem & indicem si
nistre man⁹: & dextra producit semel signū
Crucis super eam dicens.

bene ✠ dixit fregit deditq; discipulis suis
dicens. Accipite & manducate ex hoc oēs.)
Discooperit manu dextra calicem: seu vas
aliarum hostiarum: si sit in cubitis super al
tare positus: stans inclinato capite, verba cō
secrationis distincte: secrete: & reuerenter
profert super hostiam & simul super omnes
si plures sunt consecrande: & hostiam suam
tantum pollicibus & indicibus tenet dicēs.

Hoc est enim corpus meum.) His dictis
cælebrans hostiam inter pollices: & indices
super altare tenens: reliquis manuum digi
tis extensis ac binis & binis simul iunctis:
& cæteris hostijs si sunt plures consecrate
in loco in quo a principio missæ sunt posite
super corporali: vel in alio calice siue vase
dimissis genu flexus eam adorat: Tū se eri
git eleuat in altum quantum commode pōt
hostiam & populo ostendit reuerenter ado
randam: & mox ipsam veneranter sup Cor
porale reponit vnde eā leuauit: & pollices
ac indices non disiungit vsq; post commu
nionem. nisi quando hostiam consecratam
tangere vel tractare debet vt infra dicitur.
Tum vsq; in terram genu flex⁹ hostiā ipsā
veneratur: & calicem seu vas aliarū hostiarū

si sit sua patena cooperit. Interim dum cælebrans hostiam æleuat: minister etiam æleuat manu sinistra fimbrias posteriores planete siue casule cælebrantis, ac totam posteriorem eius partē ne ipsum cælebrantē impediāt in extensione brachiorū: deinde cælebrans discooperit Calicem: & pollices ac indices super illius labium aliquantulū tergit & eos iterū iūgit: & stās erect⁹ dic. secre.
¶ Similimodo postea quam cœnatum est, Ambabus manibus accipit calicē iuxta nodum infra cuppā calicis & illum aliquantulum eleuat & sine mora reponit in eundem locum de quo eum leuauit: super corporale interim prosequens. Accipiens & hunc p̄clarum calicē in sanctas ac venerabiles manus suas item tibi gratias agens: tenet calicem manu sinistra per nodum infra Cuppā dextra vero signando super eum dicit.
Bene ✠ dixit: deditq; discipulis suis dicēs. Accipite & bibite ex hoc oēs. Accipit ambabus manib⁹ Calicem: videlicet cum sinistra pedem: cum dextera vero nodum infra cuppam Calicis: & cubitis super altare positus: stans inclinato capite: super Calicē secretae, distincte: & reuerenter verba consecrationis profert dicens.
¶ Hic est enim calix sanguinis mei noui & æterni testamēti mysteriū fidei, qui p̄ vobis

& pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Reponit calicem super corporale dicens secretae.

¶ Hoc quotienscūq; feceritis: in mei memoriā facietis.) Et genuflex⁹ sanguinē reuerenter adorat: tū se erigit, accipit calicē discoopertū cū sanguine ambabus manibus vt pri⁹, eleuat eū quantū cōmode pōt, illū populo ostendens adorandum, & mox ip̄m reuerēt reponit super corporale: in locū solitū manū dextera ip̄m palla coopit, & genuflex⁹ sacramētū venerat. Interī dū cælebrās Calicē eleuat Minister manu sinistra eleuat dictas fimbrias & posteriorem partē planete cælebrantis, vt prius, & postq̄ cælebrās calicē super corporale reposuerit surgit extinguit intorticiū, & reponit in locū suum: Tū cælebrans vt prius ante altare: extensis manibus ante pectus more consueto dicit secretae.

¶ Vnde & memores domine nos serui tui: sed & plebs tua sancta christi filij tui domini nostri tam beatæ passionis: necnon & ab inferis resurrectionis: sed in cœlos gloriosæ ascensionis: offerimus præclare maiestati tuæ de tuis donis ac datis. Iungit manus ante pectus: tum manu dextera signat tē cōmuniter super hostiā & calicē dicēs. Hostiā ✠ purā: hostiā ✠ sanctā: hostiam ✠ immaculatam. Super hostiam tantū signat dicēs.

Panem ✠ sanctum vitæ æterne. Super calicem tantum signat dicens. & calicem ✠ salutis perpetuæ. secrete prosequitur: stans manibus ante pectus more solito extensis.

☩ Supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris: & accepta habere: sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium Patriarche nostri Abrahe: & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech sanctum sacrificium immaculatam hostiam. Inclinat se ante medium altaris & manibus iunctis super illo positus dicit secrete.

☩ Supplices te rogamus omnipotens deus iube hæc perferri per manus sancti angeli tui sublimis altare tuum in conspectum diuinæ maiestatis tuæ: vt quotquot ex hac altaris participatione. Separatis manibus hinc & inde super altare positus osculatur altare erigit se, & iunctis manibus continuat. sacrosanctum filij tui. signat manu dextra super hostiam tantum dicens. cor ✠ pus. signat eandem manu super calicem tantum dicens. & sanguinem ✠ nō sumpserimus omni benedictione. Quod dicendo seipsum eadē manu signat signo Crucis a fronte ad pectus: & continuat. cælesti & gratia repleamur: per eundem christum dominum nostrum. Amē.

☩ Memēto etiā dñe famulorū famularūq;

tuarum. Stans manibus iunctis ante pectus vel vsq; ad faciem æleuatis: sicut magis sibi placuerit: oculis ad sacramentum in altari positum intentus agit commemorationem fidelium defunctorum: de quibus sibi videbitur: eodem modo: prout de commemoratione viuorum supra diximus, qua habita stans extensis manibus ante pectus vt prius continuat dicens. qui nos præcesserunt cum signo fidei: & dormiunt in somno pacis: ipsis domine & omnibus in christo quiescentibus locum refrigerij lucis & pacis vt indulgeas deprecamur: per eundem xpm dñm nrm. Amē. Dextra manu percutit pectus suum aliquantulum altius dicens.

☩ Nobis quoq; pctōribus. Et secrete prosequitur. famulus tuus de multitudine miserationū tuarum sperantibus partem aliquam: & societatem donare digneris cum tuis sanctis apostolis & martyribus cum.

☩ Ioanne.

☩ Petro.

☩ Stephano.

☩ Felicitate.

☩ Mathia.

☩ Perpetua.

☩ Barnaba.

☩ Agatha.

☩ Ignatio.

☩ Lucia.

☩ Alexandro.

☩ Agnete.

☩ Marcellino.

☩ Cecilia.

☩ Anastasia, & omnibus sanctis tuis: intra quorum non consortiū nō estimator meritū

sed venie quesumus largitor admitte. per
christum dominum nostrum.
Cū iungit manus ante pectus dicēs secreta.
¶ Per quem hæc omnia domine semper.
Manu dextera ter signat communiter sup
hostiam & calicem dicens. sancti ✠ ficas:
vivi ✠ ficat: bene ✠ dicis, & prestas nobis
Discooperit manu dextera calicem, & genu
flexus reuerentiam facit sacramento. Tum
se erigit: & reuerenter accipit hostiam inter
pollicem & indicem dextre manus: & cum
ea super Calicē: quem sinistra manu tenet
per nodum infra cuppam: signat ter a labio
in labium dicēs. per ip̄ ✠ sum: & cum ip̄ ✠
so: & in ip̄ ✠ so cum ipsa hostia bis inter se
& calicē & labio calicis incipiēs: signat dicēs
est tibi deo patri ✠ omnipotenti: in vnita
te spiritus ✠ sancti omnis honor & gloria.
Tenet manu dextra hostiam super Calicem
eleuat aliquantulum ambabus manibus ho
stiam simul & calicem, & sine mora illum ac
illam reponit in locis solitis: pollices & indi
ces super labium Calicis aliquantulum ter
git: iungit: & Calicē palla cooperit: & vsq̄
ad terram genuflectens sacramentum ve
neratur: erigit se: & manibus more solito ex
tensis: hinc & inde super altare positus: dicit
intelligibili voce.
¶ Per omnia secula seculorum, ꝛ.

¶ Amen.

¶ Oremus.

¶ Præceptis salutaribus moniti: & diuina
instituzione firmati audemus dicere.Eleuat & iungit manus ante pectus: & occu
lis ad sacramentum in altari positū intētus:
capite inclinato: dicens eadem voce.¶ Pater noster, extēsis manib⁹ ante pectus
vt prius cōtinuat. qui es in cœlis: Sātificē
nomē tuū. Adueniat regnū tuū: fiat volun
tas tua sicut in cœlo & in terra. Panē nostrū
quotidianū da nobis hodie. Et dimitte nos
bis debita nr̄a: sicut & nos dimittimus debi
torib⁹ nr̄is. Et ne nos inducat intēptationē,

Respondet minister.

¶ Sed libera nos a malo. celebrās dic. secre.
Amē. Et manu dextro pollice & indice nō
difiunctis accipit patenam de altari & inter
indicē & medium digitos dicte man⁹ tenet
ip̄am sup altare erectā: sinistrā nō tenet ante
pectus: more solito extensam dicēs secreta.
¶ Libera nos q̄sum⁹ dñe ab oib⁹ malis: præ
teritis: p̄sentibus, & futuris, & intercedente
beata & gl̄iosa semp virgine dei genitrice
Maria: & bt̄is ap̄lis tuis Petro & Paulo atq̄
Andrea: & omnib⁹ sanctis. Eleuat se manu
dextra patenam de altari: & signat seipsum
cum ea: producendo crucē a frōte ad pect⁹,
ac patenā ip̄am osculā: interim dicēs secreta.

da propicius pacē in diebus nostris: vt ope
misericordie tue adiuti: & a peccato simus
semp liberi: & ab omni pturbacione securi.
Submittit patenam hostie: quam ponit in
ipsam patenam: discooperit calicem: & ge
nuflexus in terram sacramentum venerat:
erigit se: accipit hostiam inter pollicem & in
dicem dextre manus: & cum illis ac pollice,
& indice sinistre manus eam super sanguine
in calice tenens: cum reuerētia frangit per
medium: & mediam quam inter pollicem &
indicem dextre manu tenet, ponit in pate
nam interim dicens.

Per eundem dñm nrm iesum xpm filiū tuū,
De alia media quam inter pollicem & indio
cem sinistri manu tenet: accipit cum pollice
& indice manus dextre particulam quā in
ter ipsos dextre manus pollicem & indicem
retinet: partem vero quam in sinistra habet
adiungit medie: per ipsum super patenam
posita: interim dicens.

q̄ tecū viuit & regnat in vnitae spūscti de⁹
particulam quam retinuit in dextra: tenet
super calicem: quem manu sinistra per no
dum infra cūppam retinet: intelligibili voce
dicens.

Per omnia secula seculorum. &
Amen. Cum ipsa particula signat ter a
labio in labium calicis dicens.

Pax ✠ dñi sit ✠ **semper vo** ✠ **biscū.** &
Et cum spiritu tuo. Particulam quā dex
tera manu tenet: imponit in sanguinem: di
cens secrete.

Fac commixtio & cōsecratio corporis &
sanguinis domini nostri Iesu christi accipiē
tibus nobis in vitam æternam Amen. Pol
lices & indices super labium Calicis aliquā
tulum tergit, iungit: Calicem palla cooperit
& genuflexu sacramentum veneratur: sur
git: & stans iunctis manibus ante Pectus ca
pite inclinato, dicit intelligibili voce.

Agnus dei qui tollis peccata mundi mise
rere nobis. Manu dextra percutit pect⁹ suū
& prosequitur.

Agnus dei qui tollis peccata mundi mise
rere nobis. Iterum manu dextera percutit
pectus suum: & tertio dicit.

Agnus dei qui tollis peccata mūdi dona
nobis pacem. Percutit tertio eadem manu
pectus suum. Tū inclinato capite: ante me
dium altaris manibus iunctis super Altare
positis dicit secrete.

Domine iesu christe qui dixisti apostolis
tuis. Pacem meam do vobis: pacē relinquo
vobis: ne respicias peccata mea: sed fidē ec
clesiæ tuæ: eamq; secundum voluntatē tuā
pacificare & coadunare dignare. qui viuis
& regnas deus per omnia secula seculorum

E

Amen. Si est daturus pacē osculatur alta
re in medio: & instrumentum pacis: sibi por
rectum per ministrum: iuxta ipsum ad dex
terā videlicet in cornu Epistolæ genuflexū
prius dicens voce competenti.

¶ Pax tecū. Et minister sibi respondet.

**¶ Et cū spiritu tuo.) Surgit minister & pa
cem interessentibus missæ porrigit osculan
dam: digniorib⁹ primo: deinde alijs: vltimo
mulieribus singulis dicens.**

¶ Pax tecum. Et singuli respondent ei:

**¶ Et cum spiritu tuo.) Cælebtrans pace os
culata: stans in medio altaris inclinatus vt
prius dicens sequentes orationes. Si nō est
daturus pacem etiam si illius datio missæ cō
ueniat: non osculatur altare: sed p̄missa ora
tione dicta sine mora: stans vt prefer̄: sub
iungit sequētes orationes. Si vero cælebrat
pro defunctis. obmissis omnibus præcedē
tibus: ab Agnus dei inclusiua huc vsq; posi
tis intelligibili voce: sine vlla pectoris per
cussione.**

**¶ Agnus dei qui tollis peccata mundi: do
na eis requiem.**

**¶ Agnus dei qui tollis peccata mundi: do
na eis requiem.**

**¶ Agnus dei qui tollis peccata mundi: do
na eis requiem sempiter nam. Tum profes
quitur secrete sequētes orationes quæ etiā**

in singulis alijs missis dicuntur: excepta so
la veneris sancta: quia non missa sed singu
lare officium cælebratur.

**¶ Domine iesu christe fili dei viui qui ex vo
luntate patris cooperāte spū sancto p̄ mor
tem tuā mundū viuificasti: libera me p̄ hoc
sacrum corpus & sanguinē tuum ab omnib⁹
iniquitatibus meis: & vniuersis malis: & fac
me tuis semp inherere mandatis: & a te nūq̄
separari permittas q̄ cū eodē deo p̄re & spū
sctō viuis & regnas in secula sc̄lorū. Amen.**

**¶ Perceptio corporis tui dñe iesu xp̄e qđ
ego indignus sumere præfumo non mihi p̄
ueniat in iudiciū & condemnationem: sed
pro tua pietate profit mihi ad tutamentum
mentis & corporis & ad medelā percipien
dā. qui viuis & regnas cū deo patre in vnita
te spiritus sancti de⁹ p̄ oīa sc̄la sc̄lorū. Amē.
His dictis in terram genuflectens sacramē
tum veneratur: tum se erigit & dicit secrete.**

**¶ Panem cœlestem accipiam & nomen do
mini inuocabo.) Quo dicto ambabus ma
nibus patenam cū sacramento de corpo
rali recipiens: illam inter indicem & me
dium digitos sinistre manus tenet: & polli
cæ ac indicæ dextre manus accipit de pate
na reuerenter ambas partes hostie super il
lā positas: & eas recipit ex dextera iter pol
licem & indicem sinistre man⁹: & tenēs illas**

supra patenam manu dextera tribus vicibus
percutit pectus suum interim etiam tribus
vicibus dicens: voce aliquantulum eleuata.
¶ *Dñe non sum dignus. & secrete psequif.*
vt intres sub tectum meum sed tantum dic
verbo & sanabitur anima mea.) Quibus ter
tio factis & dictis, accipit ambas partes præ
dictas hostie, ex sinistra, inter pollicem & in
dicem dextre manus, & cum illis supra pate
nā signat se ipsum signo crucis dicēs secrete
¶ *Corpus dñi nr̄i iesu xp̄i custodiat animā
meam in vitā eternā Amen.*) Cubitis super
altare positus: & patena sinistra manu parti
bus hostie prædictis: & ori superposita: re
uerenter sumit easdem ambas partes: quib
bus sumptis deponit patenam super corpo
rale, erigit se: & ambas manus ante faciē iū
gens: aliquantulū quiescit, deinde deposi
tis manibus dicit secrete.
¶ *Quid retribuam domino pro omnibus q̄
retribuit mihi.*) Discooperit calicem: ac pol
lices & indices super labium ipsius aliquan
tulum tergit ac iterum eas iūgit: accipit pa
tenam & eam diligenter cum pollice dextre
manus sup calicem extergit: ne quid de hos
tia super ea remaneat: & si sunt hostie con
secrate super corporali posite pro alio tem
pore conseruande, facta eis reuerentia debi
ta: reponiteas in vas ad hoc ordinatum, &

diligenter aduertit: ne qua particula quan
tumcunq; minima maneat super Corporali
sed studiosæ & accurate reponit in calicem,
pollicibus ac indicibus iunctis, genu flexus
iterum sacramentum veneratur: surgit & ca
licem ambabus manibus: videlicet cū sinis
tra pedem: cum dextera vero nodū infra
cuppam accipit: dicens secrete.

¶ *Calicem salutaris accipiam: & nomen do
mini inuocabo.*

¶ *Laudans inuocabo dominum: & ab inimi
cis meis saluus ero. & signans se signo crus
cis cum calicē dicit secrete.*

¶ *Sanguis domini nostri Iesu christi custo
diat animam meam in vitam æternā Amē.
Et stans reuerenter sumit totum sanguinem
cum particula in calice posita, quibus sum
ptis dicit secrete.*

¶ *Quod ore sumpsimus dñe pura mēte ca
piamus: & de munere temporali: fiat nobis
remediū sempiternum Amen.*) Interim
porrigens Calicem ministro: qui infundit in
eum vinum, quo cælebrans se purificat: & si
qui sunt communicandi eos communicat,
ante quam digitos abluat: seruato ordine
de tempore & modo communicandi popu
lum in præbyterali dato. Tum purificatis
& cæteris communicatis: dicit secrete:

¶ *Corpus tuū domine quod sumpsi: & san*

E iij

guis quem potavi adhereat visceribus meis.
& præsta: vt in me nõ remaneat scelerũ ma-
cula quẽ pura & sancta refecerunt sacramẽ-
ta. qui viuis & regnas cũ deo p̃re in vnitãte
spũs sancti deus. p̃ omnia secula seculorum.
Amẽ.) Eodẽ ministro vinum iterũ fundẽte
cælebrans abluir pollices & indices sup̃ ca-
licem: & abluionẽ etiã sumit deindẽ exten-
git etiam os, & calicem purificatorio: & pu-
rificatorium super Calicem: ac desuper pate-
nam ponit: & prout sibi magis placet collo-
cat, ac partem dexteram, vel sinistrã, aut in
medio altaris dimittit interim liber missalis
per ministrum ad cornu Epistolæ reportat,
ac directe inter anteriore & posteriore p̃tis
altaris ponit, vbi expeditis præmissis, cæ-
lebrans stans versus ad altare, manibus iun-
ctis vel disiunctis: prout sibi magis placet, su-
per altare vel super librum positus legit ex-
inde Communionem, qua lecta, iunctis ma-
nibus ante pectus, vadit ad medium altaris
vbi depositis super eo manibus, hinc & in-
de extensis: illud in medio osculatur, tum
iunctis vt prius manibus ante pectus de-
missis oculis ad terram ibidem ad manum
sinistram, hoc est ad latus dextrum: vertit se
ad pp̃m: & dicit intelligibili voce *ps̃* pp̃o.
¶ Dominus vobiscum:) Extendendo inte-
rim & iungendo manus ante pectus: digitis

tamen non dissimilis *ps̃*.

¶ Et cum spiritu tuo.) Iunctis manibus: p̃
eandem viam ad medium altaris reuersus,
facta ibidem Cruci reuerentia, accedit ad li-
brum, vbi extendendo & iungendo manus
ante pectus stans ad altare versus: dicit ea-
dem voce.

¶ Oremus.) Et caput deo inclinat: exten-
sis manibus ante pectus stans vt prius dixi-
mus, dicit post communionem missæ conue-
nientem vsq; ad. (Per dominum.) seu aliã
conclusionem: quam dicendo, iungit manũ
ante pectũ, & ad verba sic eas tenet vsq; ad
finem Post communionis, quã cum sua con-
clusionem antelibrum perficit: & dicendo.
Iesum christũ.) caput deo inclinat, p̃ sic ma-
nus tenet: vsq; ad finem Post communionis
quia ibidem perfecta, si aliæ sunt Post com-
munionis dicende responso.

¶ Amen. Repetit simili voce.

¶ Oremus.) & subiungit eas: prout de ora-
tionibus & secretis supra diximus, quibus
ibidem vsq; ad finem dictis, iunctis manibus
ante pectus, reuertitur ad medium altaris,
& depositis super eo manibus hinc & inde
extensis, illud in medio osculatur, ac eodem
modo iunctis manibus vt prius demissis ad
terram oculis, ad manum sinistrã: hoc est ad
latũ dextrũ ad pp̃m *ps̃* sus: dicit voce p̃dicta.

E iij

Dominus vobiscum. Extendendo & iungendo interim manus ante pectus, digitis non disiunctis, R.

Ftcum spiritu tuo, & adhuc populū versus iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibile voce.

Ite missa est. Quod dicitur ad oēs missas in quibus dictū est. (Gloria in excelsis deo.) Quo dicto cælebrans per eandem viam reuertitur ad medium altaris, R.

Deo gratias. Vel si missa ferialis sit: aut alia in qua non sit dictum. (Gloria in excelsis deo.) finita post communionem: & dominus vobiscum repetito: vertit se per viā prædictam ad altare, vbi stans versus ad illud: iunctis manibus ante pectus loco *Ite missa est*: dicit intelligibili voce.

Benedicamus domino, R.

Deo gratias. In quadragesima a die Cinerum inclusiuæ: vsq; ad quartam feriā hebdomade sanctæ: etiam inclusiuæ in feriali officio dumtaxat: postq̄ cælebrans dixit omnes post communionem, cum suis solitis conclusionibus: prout superius ordinatum est: anteq̄ repetat dominus vobiscum: stans in eodem loco, in quo post communionem dixit ante librum, conuersus ad altare vt erat, dicit absolute intelligibili voce.

Oremus.

Humiliate capita vestra deo. Inclinat caput: & subiungit eadem voce orationem super populum ibidem ordinatam cum sua conclusionem, qua finita: accedit ad medium altaris osculatur illud: & conuersus modo superius dato: ad populum dicit Dominus vobiscum: & alia: vt supra diximus, Dominicis vero: & alijs diebus, xl. in quibus de aliquo festo: vel pro defunctis: aut votiuā missa cælebratur: oratio huiusmodi super populum cū suo. Oremus humiliare capita vestra deo non dicitur, sed missa ipsa modo prius dicto terminat. Si vero cælebrauit pro defunctis: *Pro defunctis* obmissis *Ite missa est*: & *Benedicamus domino*: dicto secundo dominus vobiscum: reuertitur per eandem viam, per quam ad populum se conuerterat ad altare, vbi stans in medio, versus ad illud iunctis manibus ante pectus dicit intelligibili voce.

Qui quiescant in pace, R.

Amen. Tum stans ante mediū altaris capite inclinato, & manibus iunctis super altare positis, dicit eadem voce.

Placeat tibi sancta trinitas obsequiū seruitutis meæ & præsta: vt sacrificium quod oculis tuæ magestatis indignus obtuli: tibi sit acceptabile, & mihi ac omnibus pro quibus illud obtuli: sit te miserante propitiabile, per christum dominum nostrum, Amen.

Extensis manibus hinc & inde super altare
positis, ipsum altare osculat: erigit se: & ad
huc stans versus ad illud dicēs intelligi. voce.
¶ **Benedicat vos omnipotens deus.**) Iun-
git man⁹ ante pectus, & caput deo inclinat,
& iunctis manibus ad demissis oculis ad ter-
ram. Si altare est populo versum: ita quod
in eo cælebrans stat populo versus, stans vt
erat bñdicit manu dextera populo: primo
inter cornua Euangelij: tum in medio alta-
ris: deinde inter cornua Epistolæ dicens in-
terim: (pater: & filius: & spiritus sanctus.)
Si vero altare nō est populo versum, sed cō-
muni modo positum vertit se ad manū sinis-
tram hoc est ad latus dextrum: & per girū
tertio populo benedicit. Primo versus cornu
Epistolæ. vbi manu dextra signum crucis
producens super populum dicit eadē voce.
pa-ter. Tum in medio dicens simili voce:
& fi-lius deinde versus ad cornu euang-
elii dicens voce prædicta
& spiritus sanctus. &
¶ **Amen.**

¶ **Regula.**

¶ **Primam autem & tertiam benedictiones**
huiusmodi non dat directe versus cornua
Epistolæ & Euangelij: sed magis versus me-
dium super populum ibidem existentem.
Aut si populus qui Missæ interfuit est in

medio: dictis per cælebrantem verbis. (Be-
nedicat vos omnipotens de⁹) vertit se vel
non vertit pro dispositione altaris, vt supra
diximus, & super populum manu dextera
in medio: vnicum tantum crucis signū pro-
ducit dicens: (pater & filius ✝ & spiritus
sanctus) & circulū perficit. Si cælebrauit co-
ram summo Pōtifice: aut Cardinale: vel Le-
gato sedis aplice. Patriarcha Archiepisco-
po: vel Epō: in prouincia ciuitate vel dioce-
si sua existente cælebrans non benedicit p-
pria auctoritate: sed dicto p eum Placeat:
conuertit se ad summum pontificem genu-
flexus aut Cardinalem: legatū: vel prælatū
ipsum: capite inclinato: ab eo benedictionē
recepturus: nisi summus pontifex. Cardina-
lis: legatus vel prælatus signum dederit: cæ-
lebrans iterū ad altare cōuersus dicit. (Be-
nedicat vos omnipotens deus: pater: & fi-
lius: & inter essentibus) ad manū sinistram:
videlicet in cornu Epistolæ: & in medio bñ-
dicit: obmissis verbis & spiritus sanctus: ac
signo crucis ad dexteram, videlicet ī cornu
Euāgelij: in qua est pōtifex ipsæ: Cardina-
lis: legat⁹: vel p̄lat⁹: ibidē sine mora Pōtifici
genuflectit: vel Cardinali: legato: vel p̄lato.
caput inclinat: q ei bñdicit. Si nō loc⁹ sūmi
Pōtificis: cardinalis: legati, v̄ p̄lati hmōi nō
esset in cornu Euāgelij: sed in alia pte: vel al

tare esset populo versum cælebrās recepto signo: bñdicendo p̄transit eum & nō ei: sed alijs bñdicit ordine solito, tū ab eo bñdictio nē accipit vt p̄diximus. Si aut̄ cælebrauit coram Cardinale: Patriarcha: Archiep̄o, extra eorū titulū ecclesiā siue prouinciā: ciuitatē: & diocesim constitutis: non habet ad eos in huiusmodi respectū: sed eis vt cæteris inter essentibus more solito bñdicit. Perfecto circulo vel si cælebrauit p̄ defunctis: omissa bñdictione, quia post missam p̄ defunctis non dat̄ bñdictio: osculato post dicto placet vt præmittitur altari in medio: & si est vas cum hostijs cōsecratis p̄ alio tpe cōseruandis reponendū illud: factō sacramēto debita reuerētia detecto capite: defert & deponit illud in locū suum: & locum ipsum bene claudit: quo factō reuertit̄ ad mediū altaris: & stans ibidē iunctis manibus ante pectus vers⁹ ad cornu Euangelij dicit intelligibili voce.

¶ Dominus vobiscum.

¶ Et cum spiritu tuo. Signat pollice dextre manus ibidem altare & se in frōte ore: & pedore: dicens eadem voce.

¶ Initium sancti Euangelij sc̄dm Ioannem

¶ Gloria tibi dñe Tū eodē modo stās iunctis manib⁹ ante pectus prosequit̄ simili voce.

In principio erat verbū: & v̄bū erat apud deū: & deus erat verbū: hoc erat in prin-

cipio apud deū. Oīa per ipsum facta sunt: & sine ipso factū est nihil. Qd̄ factū est in ipso vita erat: & vita erat lux hominū: & lux in tenebris lucet & tenebre eā nō cōprehēderunt. Fuit homo missus a deo cui nomē erat Ioannes. Hic venit in testimoniū: vt testimoniū phiberet de lumine: vt oēs crederēt per illū. Non erat ille lux: sed vt testimoniū phiberet de lumine. Erat lux vera q̄ illuminat oēm hominē venientē in hunc mūdū: in mūdo erat: & mundus p̄ ipsum factus est: & mūdus eū nō cognouit. In propria venit: & sui eū nō receperunt. Quotquot aut̄ receperūt eū dedit eis potestatē filios dei fieri his qui credūt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus: neq; ex voluntate carnis: neq; ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt genuflex⁹ dicit voce prædicta. Et v̄bū caro factū est. Surgit & stans vt pri⁹: pficit Euāgeliū eadē voce. Et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre: plenum gratiæ & veritatis.

¶ Regula.

¶ Finito euangelio si cælebrauit corā summo Pōtifice aut Cardinale, Patriarcha, Archiep̄o: seu Ep̄o, in eorū residentijs, aut ecclesia vel loco iurisdictionis eorū, conuertit se ad eum corā quo ex prædictis cælebrauit & facit ei reuerentiā cōuenientē, qd̄ si non

cælebrauit coram aliquo prædictorum vt præfertur huiusmodi conuersionem & reuerentiam prætermittit. Minister accipit candelas de altari & extinguit eas. Cælebrans plicat corporale palla intraposita: reponit ea in bursam corporalis, & calicem cum patena in saculum siue lintheum ad hoc ordinatum ligat, ponit de super bursam cū Corporali & omnia in manū sinistram recipiens manu dextera retinet bursam corporalis ne cadat: & præcedentem ipsum ministro cum missali: Cusino: ampullis vini & aquæ: hostiaria cum hostiis: candelis & in torticio extinctis, redit ad sacristiam: vel alium locum conuenientem vbi depositus est sacras vestes: interim dicens Antiphonā & psalmos, & alia sequentia. Si vero sit dimissurus huiusmodi vestes ante altare vbi cælebrauit: finita euangelio prædicto dimissis vt sunt sup altari corporali: & calice: ac alijs supra dictis: eadē vestes deponit ibidē & sup ipm altare reponit interim dicēs secrete. Añam.

Triū puerorū cātem⁹ hymnū: quē cantabāt sc̄ti in camino ignis bñdicētes dñm. ps.

Benedicite oīa opera dñi dño: laudate & superexaltate eum in secula.

☩ Bñdicite angeli dñi dño: bñd. cœli dño.

☩ Benedicite aque oēs q̄ sup coelos sūt dño
benedicite omnes virtutes domini domino

☩ Bñdicite sol & luna domino: benedicite stelle cœli domino.

☩ Benedicite ymber & ros dño: benedicite omnis spiritus dei domino.

☩ Benedicite ignis & estus domino: benedicite frigus & estas domino.

☩ Bñdicite rores & pruina dño: benedicite gelu & frigus domino.

☩ Benedicite glacies & niues domino: benedicite noctes & dies domino.

☩ Benedicite lux & tenebre domino: benedicite fulgura & nubes domino.

☩ Bñdicat terra dñm: laudet & superexaltet eum in secula.

☩ Bñdicite montes & colles dño: bñdicite vniuersa germinantia in terra domino.

☩ Bñdicite fontes domino: bñdicite maria & flumina domino.

☩ Bñdicite cete & oīa q̄ mouentur in aquis dño, benedicite omnes volucres cœli dño.

☩ Benedicite omnes bestie & pecora dño: benedicite filij hominum domino.

☩ Benedicat israel dominum: laudet & superexaltet eum in secula.

☩ Benedicite sacerdotes dñi domino: benedicite serui domini domino.

☩ Benedicite spiritus & animæ iustorū domino: bñdicite sancti & humiles corde dño.

☩ Bñdicite anania azaria misael domino:

laudate & superexaltate eum in secula.
Benedicamus patrem & filiū cū sctō spū:
 laudemus & superexaltemus eum in secula.
Bñdictus es dñe in firmamēto coeli: & lau-
 dabilis & glorios⁹ & superexaltat⁹ in sc̄la. ps.
Laudate dñm in sanctis eius: laudate eū
 in firmamento virtutis eius.
Laudate est in virtutib⁹ ei⁹, laudate eum
 sc̄dm multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tube, laudate eum
 in psalterio & cythara.
Laudate eum in tympano & choro: lauda-
 te eum in cordis & organo.
Laudate eum in cymbalis bene sonanti-
 bus, laudate eum in cymbalis iubilationis:
 omnis spiritus laudet dominum.
Gloria patri & filio & spiritui sancto.
Sicut erat in principio & nunc & semper:
 & in secula seculorum, Amen.

Repetit antiphonam secrete.

Trium puerorū cantemus hymnū, quem
 cantabant sancti in camino ignis benedicē-
 tes dñm. Itās detecto capite in cornu Epi-
 stole versus ad ipsum altare: si est coram eo
 vel si est alibi detecto capite dicit secrete.

Kyrieleyson.

Christeleyson.

Kyrieleyson.

Paternū. Quo secrete completō dicit.

Et ne nos inducas in temptationem.

Sed libera nos a malo.

Confiteantur tibi dñe omnia opera tua.

Et sancti tui benedicant tibi.

Exultabunt sancti in gloria.

Letabuntur in cubilibus suis.

Non nobis domine non nobis.

Sed nomini tuo da gloriam.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flamas
 dignum: concede ppicius: vt nos famu-
 los tuos nō exurat flāma viciorū. Alia oīo.

Actiones nostras q̄s dñe aspirando p̄ue-
 ni & adiuuando p̄sequere: vt cūcta no-
 stra oīo & opatio a te semp̄ incipiat: & p̄ te
 incepta finiat: p̄ xpm̄ dominum n̄m̄. Amē.

Regula.

Quibus dictis & sacris vestib⁹ depositis
 reponit calicem & Patenam in saculum siue
 in lintheum ad hoc ordinatum ligat: plicat
 Corporale palla intra posita: reponit ea in
 bursam: restituit oīa ad loca sua: & vadit in
 pace.

De his quæ obmittuntur.

in Missa pro defunctis.

In missa p̄ defunctis, ad introitū nō dicitur
 Gloria patri, neq̄ dicitur Gloria ī ex-
 celsis deo, neq̄ Alleluya, neq̄ Iube domne
 benedicere, & benedictio ante Euangeliū,

F

neq; euangelio dicto osculatur textus, neq;
dicitur Credo in vnum deum. Aqua Calici
imponenda pro sacrificio non benedicetur.
Agnus dei specialia habentur. Oratio.
¶ **D**ñe iesu xp̄e q̄ dixisti apl̄is. &c. non d̄r
Pax non datur, ntq; missa finita populo be-
nedicitur, sed dicto Placeat, &c. o missis Ite
missa est: & Benedicamus domino dicit̄. Re-
quiescant in pace. Alia omnia dicuntur &
fiunt: quæ & prout in cæteris Missis dici &
fieri consueuerunt,

¶ De cælebratione duarum vel
Trium Missarum eadem die.

Sunt nonnulli sacerdotes: ob raritatē cle-
ricorum, aut ecclesiarum paupertatem
duas parrochiales ecclesias obtinentes, qui
bus a Iure conceditur duas missas cælebra-
re in die. Hij vel quicumq; alij sacerdotes: in
casibus a iure permisis bis in die cælebra-
re volentes, non debent in prima missa post
sumptum sanguinem se purificare, vel obla-
tionem digitorū sumere, sed post sanguinis
sumptionem, digitos super Calicem abluere,
& ablutionem huiusmodi in aliquo vas
mundum reponere, & alia die qua vnā mis-
sam tantum cælebrarūt, post sanguinis sum-
ptionem, vel eadem die post dictam secun-
dam missam de ea se purificare, seu post pu-
rificationem & ablutionem eiusdem secun-

dæ missæ eam sumere. Plures autem quam
duas missas vna die cælebrare non licet: so-
la die Natiuitatis saluatoris nostri iesu xp̄i
excepta, in qua quilibet sacerdos: alias ad
cælebrandum dispositus, potest tres missas
cælebrare, quod factururus etiam non debet
in prima & secunda missa se purificare aut
ablutionem digitorum sumere, sed eam in
aliquo vas mūdum reponere, & eam post
purificationē tertiæ missæ sumere. Qui aut̄
eadem die plures missas cælebraturus, in
prima vel secunda missa se purificauerit, aut
ablutionem sumpserit, non debet illa die vl-
terius cælebrare. Præterea sacerdos in die
natiuitatis prædicte duas vel tres missas,
etiam sine aliqua intermissione cælebratu-
rus, debet ante quamlibet missarum huius-
modi dicere confessionem, & in fine cuiusli-
bet populo benedicere: & post primam & se-
cundam missas huiusmodi dicere Euange-
lium sancti Ioannis. In principio erat ver-
bum &c. ac omnia alia facere & dicere pu-
rificatione obmissa: vt præfertur: quæ in alijs
missis dierum, in quibus vna tantum missa
cælebratur, dicuntur & fiunt. post tertiā ho-
missam loco dicti Euangelij secundum Ioā-
nem solet dici euangelium secundum Ma-
theum. Cum natus esset Iesus &c. quod ha-
betur in missa diei Epiphaniæ domini.

F ij

De cōse.
di. j. c. No
ctes sancta
& in. c. cō
sulisti. d̄
celeb. mis-
sarum.

¶ De missa sicca nuncupata.

SVnt & alij sacerdotes qui in .lx. vel alijs diebus in quibus duæ missæ specialis habentur: videlicet vna de festo & alia de dominica: vel feria: cælebrata earū altera: aliā pro deuotione sua legunt: absq; cōsecratione, quod fieri licet hoc ordine: data benedictione post missam cælebratam & Euangelio secundum Ioannem lecto, cælebrans deponit Casulam, & alijs omnibus paramētis retentis: stans in cornu Epistolæ versus ad altare, detecto capite: legit absolute ex missali Introitum alterius missæ, Gloria in excelsis deo: si illud in prima missa non dixit: & secundæ missæ conueniat alioquin ipsum prætermittit. Idem obseruat de Credo in vnum deum, subiungit Orationē, Epistolam. Graduale. Alleluya. vel Tractū. Euāgelium. Offertorium. Communionē, & post communionem: omnia intelligibili voce legens: & sic ibi absq; alia Cærimonia officiū ipsum terminat. Tum dicit secrete seu competentī voce, Añā, Trium puerorum &c. deponit omnia paramenta prout superius post missam ordinariam dictum est.

¶ De eadem missa sicca in mari & fluminibus cælebrari solita.

IN loco fluctuantī vt in mari, & fluminib; cælebrare non licet alicui: cōsueuit tamē

in nauibus in Mari: pro populorum deuotione, absq; consecratione missa (quam siccā vocant) dici per sacerdotem, hoc ordine. In loco Nauis ecclesiola nuncupato: parata est mensa, supra quam ponitur mappamuuda etiam non benedicta: & in medio partis posterioris eiusdem mensæ crux & hinc & inde in cornibus posterioribus ipsius mensæ, duo Candelabra cum duabus candelis ardentibus collocantur, ubi sacerdos missam huiusmodi dicturus: ante dictam Mensam stans, accipit Superpellicium, & de super Stolam ab humeris dependentem, quam trauersat ante pectus in modum crucis: & Cingulo eam firmat, vel secundum alios: omnib; paramētis sacerdotalibus induitur: ordine superius dato: obmissa sola Planeta siue Casula, qua non vtitur. Sicq; paratus stans ante mensam prædictam, facit cōfessionem cum interessentibus dicens, (In nomine p̄ris & filij & spiritus sancti.) Introibo &c. prout habetur supra in principio Missæ: vsq; ad orationem: Oramus te domine vt p̄ merita &c. exclusiuæ: ascendit ad mensam prædictam, & obmisso illius osculo, stans in cornu Epistolæ: legit illius Introitum: Kyrieleyson. Gloria in excelsis: si est dicendum. Domin; vobiscum: non vertendo se ad populū. Oremus & orationē ordinariā: deinde si placet,

& dici conueniat, facit vnam vel duas com-
memorations, legit Epistolam. Graduale.
Allehuya si est dicendum; vel Tractum, por-
tat librum ad cornu. Euangelij; dicit in me-
dio mense. Munda &c. Iube &c, deinde an-
te librum. Dominus vobiscū. Sequētia &c,
signando librum & se in fronte: ore: & pecto-
re. finito euangelio osculatur textum; dicit
Credo; si dies & officium requirit. Domin⁹
vobiscum non vertendo se ad populū. Ore⁹
mus. Offertorium, Præfationē, Sanct⁹ &c.
Oremus præceptis salutaribus &c. P̄r no-
ster. Agnus dei, & dat osculum pacis: si alias
officio missæ illius diei quod legit cōueniat
reuertitur cum libro ad cornu epistolæ dicit
Communionem in eodem loco, Dominus
vobiscum non vertēdo se ad populum. Post
communionem & cōmemorations; si prius
fecit; ibidem Dominus vobiscum vt prius:
& Ite missa est; vel Benedicamus: prout cō-
uenit; aut Requiescant in pace: si legit pro
defunctis: quo dicto ibidem se vertit ad po-
pulum & ille more solito benedicit. Si non
legit pro defunctis: Pro quibus si legit: be-
nedictionem huiusmodi prætermittit. Tum
dicit. Dominus vobiscum & signās se ipsum
in fronte: ore: & pectore: continuat Initium
sancti euangelij secundum Ioannē. In prin-
cipio &c, vt supra, quo finito vestes factas

quas recipit; ibidem deponit, Omnia præ-
missa in missa huiusmodi dicuntur voce in-
telligibili: ita quod ab omnibus illi interes-
sentibus audiantur,

¶ De eadem missa coram infirmo
vel alia persona cælebranda.

ET si aliquando accidat: quod quis infir-
mus vel alius velit missam audire vbi
non est sacerdos ad cælebrandum disposi-
tus: quia eadem die cælebrauit; vel ex alia
legittima causa poterit Sacerdos in ecclesia
vel alio loco conuenienti: vt præmittitur pa-
ratus missam huiusmodi ficcam legere: in
omnibus & per omnia: prout superius de
missa Nauali dictum est: & non debet in ea
sacramentum ostendere: etiam si illud in ec-
clesia ibidem in loco suo sacro habeat para-
tum propter periculum ostensionis. Ad lau-
dem Saluatoris nostri,

¶ F I N I S,